

I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JURIDICA
SISTENS

1030

1712, 11a

26

PROBATIONEM ET REPROBATIONEM BONORUM CENSITICORUM, VULGO

Sins- oder Erb-Sins-Büffer.

RECTORE ERFORDIENSIS ACADEMIÆ
MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRAE CÆSAREÆ ATQUE REGIE CATHOLICE MAJESTATIS CONSILIARIO IN-
TIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarum, MOGUNTINÆ ET TRE-
VIRENS CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-
EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSI-
LARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQUE EFFURTENS

PRO - PRINCIPE,

SUB PRÆSIDIO

MAGNIFI CI ET CONSULTISSIMI

DN. ERNESTI TENZEL, JCTI.

JUDICI ELECTOR. MOGUN. ET JURIDICÆ FACULTATIS ASSESSORIS GRAVISSI-

MI, NEC NON CIVITATIS EFFURTENS, STNDICI PRIMAR. SPECTATISSIMI.

MAGNI STUDIORUM SUORUM PATRONI,

PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT

AUTORE ET RESPONDENS


CHRISTIAN. FRIDERICUS GRUNERUS,

COB. FRANC.

AD DIEM XXIII. AUGUSTI A. C. MDCCXII.

LOCO ET TEMPORE CONSVETO.

Typis JOH. HENR. GROSCILLI, Acad. Typogr.



SERENISSIMI PRINCIPIS AC^{1031.}
DOMINI,

DOMINI
CHRISTIANI
ERNESTI

DUCIS SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GARIÆ ET WESTPHALIÆ,

LANDGRAVII THURINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ,
PRINCIPIS HENNEBERGIÆ, COMITIS MARCÆ ET RAVENS-
BERGÆ, DYNASTÆ RAVENSTEINII,

PRINCIPIS AC DOMINI SUI CLEMEN-
TISSIMI

CELSISSIMO NOMINI ET NUMINI

HAS PRIMITIAS ACADEMICAS

BONI STUDIORUM AUSPICII CAUSA

TANQVAM TESSERAM

ÆTERNAE AC DEVOTISSIMÆ MEMORIAE

DIVINORUM TUM IN PARENTEM TUM IN ME BENEFICIORUM

SUMMA ANIMI RELIGIONE

SANCTISSIMAQUE OBSEQVII LEGE

CONSECRAT


HUMILLIMUS SERVUS

C. F. G.

FAUTORI LECTORI

AUCTOR.

Silent nunc inter arma messoria Leges, liminaque Judiciorum clausa tenentur. Quo tempore alii, qui literis quotidie tractant, indefinenter incumbunt, otium animi causa sibi quaerunt, alii, qui rerum expediendarum ergo a studiis concatenatis abstinentur, tempus reosculandi Musas optant. Quorum in numero ego quoque, proposui mihi imitari hujus temporis messores & collectores, qui fruges sparsim positas & varie dispersas in fasces, hasque in horrea recondunt. Exinde contuli me sub feriarum canicularium, ut adpellant, initio in Perantiquam Hieranam, ut ibi plurima occasione expeditionis aliquius in vindicandis censibus varie & confuse, faltem in memoriarum subfidiū, congesta, in unum aliquod colligere, inque artis formam redigerem, præmisis pro more solito præmitendis: Ex quo præsens, quam TIBI, B. L. offero, Exercitatio, magis pragmaticè, quam speculativè concreta, & demum prælo submissa est. Laborem pro ingenui tenuitate, calamique festinatione exiguum deprehendis, licet materiæ difficultas, amplitudo, & raritas (*teste Franzk. lib. I. Ref. I. n. 1.*) uberiorē postulas: Quem tamen uti & plurimos errores Typographicos, festinatione, nec mea, sed aliorum culpa, pasim obvios, contendo humanitate TUA suscipias, favoreque TUO protegas, memor verborum Imperat. nostri: Omnia habere memoriam, & in nullo penitus peccare, divinitatis magis, quam mortalitatis est. *Confirm. ff. §. 14.* TU autem, ut valeas, cura.



Quod Divina Justitia benè evenire jubeat, sine qua
nihil unquam commodo geri potest, *Nov. 164.*
princip.

CAPUT PRIMUM.

Continens vocis Census definitionem nominalem varias
acceptiones, distinctiones, descriptionem & divisio-
nem.

SUMMARIA.

- §. I. *Census vocabul.* varios pro multipli ejus usū significatiū sortitū, maxime apud Romanos. §. II. *Quid nobis bōdiē notet.* §. III. *Bonorū Censiticorū origo tūm latīna tūm Germanicā.* §. IV. *Distinctiō à ceteris Dominii uiliis speciebus & quidem prae-*
cipiē (1) à feudalib⁹. (2) ab emphyteuticis. (3) §. VI.
(3) ab adscriptiis. (4) à f. Superficiario, (5) ab
originariis, (6) à tributariis, (7) à Colonariis, (8) à Solidis
bonis, (9) von den Lass-Gütern! (10) à Precaria. §. VII.
Descriptio & quidem a) vocis Censu. §. IX. b) Bonorum
Censiticorum. §. X. Divisiō Censu in Resistivū & Con-
situativū.

A

§. B



Cturi præliminariter de censu, bonisque
cenſificis, prius ab ipsa definitione ini-
tium merito capesimus. Omnis enim
qua à ratione fuscipitur de re aliqua in-
ſtitutio, debet à definitioñe proficiſci,
ut intelligatur, quid sit id, de quo
disputetur. *Gloss. & Dd. in l. 202. de R. J.*
CENSUS igitur seu Cenſio eſt a Cen-
ſere, cuius varix dantur significatio[n]es, præcipue apud Ro-
manos, *Rofin. de Antiquit. Rom.* Hoc loco autem potissimum
illa attendenda eſt, qua LL. noſtris regulariter convenit,
ut pote ex *l. 111. de V. S.* ubi notat conſtituere, præcipere, & ex
pluribus *LL. tit. Cod. de Cenſit. & Agricol.* Frequentissima eſt,
ut ſignificet arbitriari, hinc Cenſores audiunt illi, ad quorum
cenſum, i.e. arbitrium, cenſebatur populus, & ita ex *l. 6. C.*
d. tit. quorū perſpicuitatis gratia referenda quoque *l. 4. C.*
de Cenſib. & Cenſit. cuius L. explicationem dat Ulpianus in *l. 3.*
ff. de Cenſib. ex qua fluit, cenſum eſſe tum capitis i.e. perſo-
narum, tum etiam jugerum bonorumque estimationem *Zaf.*
lib. 2. Intellec. fīng. c. 3. l. 2. §. 17. ff. de O. J. Ex quibus explicare di-
cuntur S. litterarum Paraphraſta locum Evangelista *Luca c. 1.*
v. 1. *Calv. Lex. v. b.* conf. *Dīp. de Cenſo apud Lucam Augus[us]*,
autore jam non ſubveniente. Ac proinde Cenſores erant
quasi *inſpectori*, *Inſpectores*, *Aſſumptores*, *Magiftri disciplina-*
rūm, qui personas & res diligenter inquirebant cenſebant-
que. *Hermann. Laſberus d. Cenſu lib. I. c. 10. & lib. 3. c. 3.* ubi
de Catone, Censorii cognomine adpellato, quod Reimp[er]i
Romanam inclinatam disciplinā honesta reſtitueret *Plutarcb.*
in Vita fol. 107. Qui horum veſtigia in moribus æſtimandis
fecuti deinceps fuere, noſtris temporibus nomine Heroldo-
rum, ſi tamen vere utantur munere ſuo, veniunt, *Hopping.*
de insigniis passim, maximè cap. VIII. Potius hodie funguntur
officio Fetialium Rom. qui magis bellī pacisque negotia,
nomine

1633

§3 (3) 22

nomine Caduceatorum imposito , tractant *Hopp.* l.c. II. §. 2; *Grotius de J. B. ac P. II. c. 23.* *Rosin. Antiq. II. cap. 9. p. m. 286.* *Besold. Thes. Pr. voce: Herald.* Novissimè substituti sunt Legati & ceremoniarum Magistri , munere dispares, autoritate pristina longè inferiores, *Spener in opere Herald.* & *Weber. in Exam. Art. Herald.* *Aletophili Tr. Politico-Historicus.*

§. II. Neque tamen Jura Romana sequiora, secus enim antiquiora *Pomp. Let. de Magistr. Rom. c. XXI.* abnuunt significationem , à nobis communi adpellatione & vulgari loquendi modo intelligendam. Cum enim in Jure sapient accipiatur pro pensione ex Contr. ob translationem Domini & directi & utilis debita , arg. l. ult. C. de rer. perm. hinc patet, sumi hodie vulgo pro recognitione quasi Domini Superioris (Non proprietatis) quatenus ille jus in rem, ex re & propter rem, non æquè in personam fundatum possideat *Mev.* Part. 9. Dec. 84. n. 6. ita ut agri quoque Censuales declarentur, ex quo datur Census frumentarius , *Pacht* oder *Kerna* *Hebung* *Carpz. lib. 5. Resp. 98.* cuiusmodi census prosecutio inheret tum in toto, tum in quolibet ejus parte , adeo ut de minuto per alluvionem prædio diminuantur etiam fructus & onera *L. 2. C de alluvion. l. 10. de R. J. Brunn. ad d. l. 2.* *Barbosa Axiomat. Jurid. III. c. 27.* Hinc sunt bona Censualea , *Zins* *Bauer* oder *Erb-Güter*, *Fritsch. Disp. de Statu* & *J. pagorum.* Censuarius ein *Zinsmann* / Dominus Census ein *Zins-Herr* / *Erb-Herr*. Census annuus , *Erb-Zins* *Pacht* oder *Hebung* *Mev. Part. 9. dec. 85. n. 4. Struv. in Jur. feud. Franzk. qui censitacionum honorum qualitatem & conditionem præ ceteris optimè descripsit in Tr. de Landem. c. X. Dn. Lynck. Resp. LI. n. 15. Fritsch. in Suppl. Speidel. Besold. pag. 21.*

§. III. Originem hortum prædiorum dedicunt Romani, ut *Livius à Servio Tullio VII. Rege*, qui ea, tanquam rem toti Imperio saluberrimam primus instituisse commemoratur, ut belli munia non viritum, ut antea, sed pro possessione honorum subditi obirent, *lib. 4. Histor. Conser & Lazio Comment. Republ.*

A 2

Rom



Rom. lib. 2. c. 13. *Labeus ab initio gratis illa constituta fuisse ex-*
culo Odoaci, Flandriæ Ducis de anno 824. illustrat de Censu
lib. 3. c. 5. *Ab his ad Germanos pariter transfuisse, propter*
studium Reipubl. conservanda, Heigius Part. I. Ques. II.
lubr. XVII. n. 7. Bornit, de arario cap. 1. docet. Conf. Franzk. Tr.
de laudem. cap. X. Speidel. voce: Zins-Güter / p. m. 1384.
*Ita tradit *Glossa ad Sächs. Lehen- Rechte* art. 60. Dies*
ses Rechtens Anweisung hat seinen Ursprung von Römischen
Rechten. Denn da die Römer alle Welt bezwungen hatten/
mit Mannigfaltigkeit ihrer Gewalt/ da besaßen sie der Feinde
Festen/ und setzten auch davauff Hauptmänner/ die hiessen sie
Fürsten/ und ist so viel genauest in dem Latino, als Princeps,
quasi Primitias captiens, das ist also viel/ daß er nehmen mag
über allerley Genieß und Zins der Acker oder Leute/ die bewun-
gen waren/ und davon hielten die Mannschaft und Ritter.
Wenn denn etwas darüber blieb/ das gaben sie den Römern
wieder. Als aber dazumahl Friede gemacht ward in denen Lan-
den/ da dachte es die Fürsten unbedingt/ und zu viel zu
seyn/ daß sie die Ritter und die Mannschaft stetiglich in hohen
Kosten halten solten. Da wurden die Römer zu Rath/ wie
dass sie denen Fürsten liehen die Güter/ und derselben Güter
Mannschaft/ und dass die Fürsten sollten leihen fortan der
Mannschaft/ die Arbeit/ den Nutz/ und den Zinsen der Güter/
und dass sie darum sollten dienen. Welche Leitung hernach ge-
nannt ist worden Lehen/ darum dass es ihnen gelichen ward/ und
nicht gegeben. Denn da sich die Lande besaßen in Städten/
und zu Frieden/ und die Fürsten die Güter von denen Römern
also empfingen/ da liehen die Fürsten auch denen Rittern und der
Mannschaft die Leben fortan/ auf dass sie sich selber befestigten.
Darnach vermieden die Ritter und die Mannschaft
fortan den Gebauern umb genannten Bescheid/ den wir Zinse
*nennen. Hactenus *Glossa. Conf. Franzk. Tr. de laudem. cap. X.**
n. 45. Quam Germanorum nostrorum industria laude
*prosequitur *Illustriss. Saxo Dux Francisc. Carolus in Orat. pro Ger-**
mania

mania, itemque Dux Wurtenberg. Frid. Achilles de Provine. Europ.
Principatu, p. 2. Bodimus de Rep. lib. 6. c. 2. Guevarra in Tr. German:
von Hof Leben und Lsb des Feldbaues cap. 7.

§. IV. Hęc intuenti facile liquet, distingueda ab his
venire quasvis Dominii utilis Species, earumque affinia Jura.
Quorum cum cognitio magis ex quotidiana Praetica, quam
ex libris hauriatur, monente Colero Proc. Exec. I. c. 10. n. 195.
nos breviter, & remissivę saltem potiora Jurium illorum at-
tingemus. Occurrit igitur (1) FEUDUM, quod differt (a)
ratione Dominii utilis, quod vasallo tantum competit, 2.
feud. 8. Rhet. lib. V. Struv. J. feud. c. II. tb. 5. Contra Dominium
directum adeo cum pradiis Censiticis ambulat, ut nec ex ra-
tio[n]ibus, alia ad probandum evidentibus, peregrinatio ejus
ullo modo colligi queat, prout Jus Sax. de oppignoratione
eorum tradit, vide Carpz. Part. II. conf. 23. def. 23. Quod quidem
fit non in recognitione Dominii directi, sed ob alias ratio-
nes, v. g. ne Dominus in perceptione Census l[ea]datur.
Conf. D. Aug. El. Part. 2. c. 23. Proces[us] und Gerichts-Ordnung/
tit. von ausdrücklicher Verpfändung art. 46. Coler. Pr. Execut.
P. 1. c. 10. Dn. Lyncker. Resp. LI. n. 2. 6. 7. 12. 13. Contendit ta-
men Struvius subesse heic Dominium aliquod directum,
scil. analogicę tale, vid. Jus feud. c. 2. tb. 10. n. 3. Franzk. d.
laudem. c. X. n. 72. ibique plures (b) ratione servitiorum,
(Census enim loco eorum est Mascard. concl. 603. n. 5.) 2. feud.
23. Rosentb. cap. 8. concl. 8. Carpz. lib. IV. Resp. 70. Speidel. vo-
ce: Lehendienst / (c) ratione alienationis 2. feud. 34. 35. (d)
ratione transmissionis ad heredes aliorumque medorum Lud.
Syn. J. feud. c. 2. Rhetius Comment. J. feud.

§. V. Porro differunt (2) ab EMPHYTEVTICIS,
quod Carpz. II. conf. 39. difficile cognitu judicat. Potissi-
mum autem a) ratione dominii utilis, hinc censitica dicun-
tur schlechte Zins-Güther / it: Erbzins oder allodial-Güther
Leiferus in J. Georg. I. c. 9. n. 20. Emphytevtica autem rechte
Erbzins, Güther Schächer. Coll. Pr. p. m. 184. Singulare est,

A 3 quod

quod Fritschius in Disp. de Stati. & J. Pagorum vult, Cen-
sualia rusticorum bona propria ipsis non esse, licet domini
veri sint, sed nihilominus a dominis superioribus recogno-
scenda. Magis interim placet, quod Dn. Linck, in Resp. LI,
n. 13. definit: Dass der Lehenherr mit den Dominio nichts
zu thun habe ic. & paulo inferioris: dass idem an den Eigen-
thum des Gutes in geringsten nichts zu prætendiren. Son-
sten folgen würde/ dass kein Bürger seines Hauses oder Ackers
weil solche in Sachsen mehrentheils ihren Lehen oder Zins herrn
haben/ noch auch die Bauern des iibrigen Eigenthümer und
pleni domini wären/ & sic porro. Consentit Franzk. d. Laudem.
c. X. n. ss. b) ratione canonis de re aliena: de hujus discrimine
Dn. Lynch, Resp. IX. n. 104. Franzk. cit. c. X. n. 56. c) ob
pœnam privativam tum propter denegationem canonis (se-
cūs tamen est de mora in solvendo laudemio Besold. thes. Pr.
verb. Handelohn l. Barbosa Axiom. Jur. V. c. 12.) tum alienatio-
nis causa. de his late Franzk. de laud. c. IX. Stirur. cit. l. Contra
censitus quoad illam ad expensas tantum & intereste,
(non etiam ad usuras, Dn. Lynch, Resp. 131.) domino tenetur,
Stryck. Ex. J. Feud. c. III. §. 27. & ob contumaciam arbitra-
riè Carpz. II. conf. 39. def. 3. quandoque & multa morosi
Dn. Lynch. Resp. 131. & J. Sax. duplicatione census per singulas
vices art. 54. lib. I. des Land-Rechts/ hinc die Rüschew-Zinse/
weil sie fortretchen/ und je länger sie stehen/ je mehr und grösser
werden/ Land. art. 58. puniri solet. Privatio enim nun-
quam obtinet, licet intra 300. annos Koppen Objec. 52. lib. 2.
quin & mille annos Franzk. de laudem. c. 10. nil' sölverit.
Conf. Conf. El. P. II. conf. 40. Mysing. Obj. LXV. Cent. 3.
Ludw. Syr. J. f. Franzk. de laudem. c. X. n. 40. Menob. Praef.
106. num. 16.

S. VI. Discrepant (3) ab ADSCRIPTITIIS, seu glebae ad-
dictis, quales e. gr. fieri poterant ex hominibus validis, o-
tiosis ac mendicantibus, hinc occupanti cuivis domino ce-
dentibus l. un. C. de mendic. valid. in eo, quod (a) terræ aut
glebae perpetuo addicebantur Valasc. de J. emphyteut. qv. 37.
b) cum

b) cum fundis mancipabantur l. 7. 21. C. de agric. & censit.
 c) servi sunt sine ullo peculio l. c. 21. ibique Brunn, & Gorbö-
 fred. ad l. 24. C. de episc. audience. d) libertatem nunquam pre-
 scribant. l. 23. C. d. t. nec à solo fecedere queant Perez. in tit.
 cit. C. 3. 5. 9. Refert tamen Fritsch. in cit. Disp. de Stat. & J. pag.
 c. VII. §. 3. dari bona censitica, adscriptitiis similia, quoad
 subjectionem, maximè derer Läsen / five proprietum homi-
 num, quorum conditionem eandem, quam adscriptitio-
 rum exponit Struv. Ex. III. lib. 22. seq. De illis autem Glossa in
 lib. 3. art. 44. des Land-Rechts hoc habentur: Wer in Sach-
 sen zu Zins-Gut gebolyren ist / (i. e. qui adscriptitus est,) der
 ist ein Lash / plura Besold. hoc voc. Franz. de laudem. c. 10. n. 47.
 Berlich. Part. 2. concl. 47. Cocceji Hypomn. J. feud. tit. I. pag. m. 12.
 Webner voce Läsen. Conf. etiam Gloss. in lib. I. art. 54. lib. 2. 59.
 Lach-Nrecht art. 60.

§. VII. Sequuntur alia, saltem recensenda. Scil. di-
 stincta sunt (4) à JURE SUPERFICIARIO, dem Grund oder
 Platz-Nrecht/ ob a) utile dominium Franz. c. XIII. n. ii. b) etiam
 absque obligatione pensionis. De his Struv. J. feud. c. II. lib. X. n. 2.
 Schrader. P. 2. c. 2. (5) ab ORIGINARIIS, iisdem ac adscripti-
 tiis. (6) à TRIBUTARIIS, uti Census à tributo. Bart. in l. 1.
 de publ. & vestigial. Mevii differentia J. Com. & Lubecensis ex Mevia-
 no Comment. sub voce: Tributum p. m. 112. licet alias pro Synonimis
 Sec. I. 3. & fin ff. de Cens. accipiuntur. Franzk. c. X. n. 21. seq. (7) à CO-
 LONARIIS, unde in Sax. die Meyer. Güter / Struv. J. feud.
 p. m. 73. hisque non perpetuis l. un. C. de valid. mendic. sed
 simplicibus, quæ personas obligant Leifer de J. Georg. II. c. VI.
 unde die Lash-Güter / per Loc. Cond. annuatim relinquendis
 Struv. J. feud. c. II. §. X. Berl. P. II. concl. 47. & conditionalibus
 l. 15. 23. §. 1. C. de Agric. Brunn, & Perez. Comment. ad d. t. Ta-
 bor Tr. sing. de J. Colonar. & Franzk. l. c. (3) à BONIS
 SOLIDIS, Schilling. Gütern / properter deficienteum
 perpetuitatem. (9) à PRECARIIS vulgo: Preckarey / de
 quinquennio in quinquennium renovandis c. I. X. de Pre-

Gloss

car. Franzk. b. 12. n. 10. c. l. & regulariter morte possessoris expirandis c. ult. X. de Preclar. ita ut quilibet heres teneatur, das Gut wieder von neuen / doch nur auf seinen Leib / zu kauffen.
Schop. Tr. feud. c. 4. Speidel. Befold. voce: Schupff Lehni: Cetera ad finia Jura heic adjungere breve huic labori præfixum spatum non permittit, & facilius omittuntur, cum nostri instituti non sint. Extant de his optimi Autores, inter quos minimus non videtur Joh. Hermann. Stamm, Assessor quondam Cam. Imper. in *Tr. de servir. personal.* Conf. Schoppis *Tr. feud. cap. I. §. 4. per tot.*

§. VIII. Nunc ad DESCRIPTIONEM. Definitio enim omnis periculosa pronunciatur per *I. 202. ff. de R. J. CENSUS*, hoc loco ein *Zins* / *Erb-Zins* / est jus percipiendi ex bonis alterius immobilibus *Rennemann. Jurispr. Rom. Germ. Membr. II. Disp. 58. ib. 8.* reditus annuos, aliasque accessiones *Carpz. II. conf. 2. def. 1.* Domino, dñm *Erb-Zins* / *Hervin* / propter Dominii veteris, & rei pleno Jure in Censuarium, dem *Erb-Zins* / Mann translata memoriam & recognitionem praestandas. *Franzk. Tr. de laud. c. X. n. 15.* Generis loco ponitur jus, quatenus illud beneficio Contractus Censualis, aut aliis modis transferatur. Alias obstat naturalis libertatis præsumtio, & facti hujus probandi nondum facta probatio, cum non præsumatur, intuitu & favore naturalis libertatis *Stryk. Ex. J. feud. c. II. qu. 28.* differentia ex haec tenus dictis patecit.

§. IX. BONA CENSITICA seu Censualia, *Zins* / *Bauer* / oder *Erb-Güter* / *Fritsch. in Suppl.* Speidel. item: *Zins-Lehen* / aut *Beutel-Lehen* / quia burfam facit hydropticam *Befold. b. voce* sunt, quando plenum rei immobilis dominium ita prorsus alienatum, & collatum tertio est, ut certa pecunia pro emtione, & præterea quotannis Census praestandas alteri, etiam privato, *Befold. l. cit.* veniat. Nil ergo manet Domino concedenti nisi reservatio census in memoriam antiqui Dominii *Franzk. dict. Tr. ac loto* & præterea hypotheca, videatur *Rennem. Jurispr. R. G. M. 2. Disp. 58. ib. 11. in f. Glotta*

1036.

103 (9) 20

Glossa Germanica ad lib. 3. Landrecht art. 39. n. 2. ita describit: Ein Zins-Gut ist weder eigen/ (quia Dominus Censum sibi reservavit in eo, conf. Franz. de laudem. c. X. n. 54.) noch Erbe/ noch Lehen / doch teilt man es im Lande zu Sachsen ohne Mannschaft dem/der es kauft/ das ist aber nichts anders/ denn daß man damit anzeigen/ daß es des Herren Wille sey. Conf. Friesch. Disp. cit. c. VII. th. 2. Causam descriptionis huius confusa indicat Franzius, quod in cit. Gloss. bona censualia non raro cum emphytevticis confundantur. vid. c. X. n. 46. Quapropter facilioris distinctionis gratia non immerito hoc trahentur subtilis Lovaniensis J. Cti, Job. Varensis, verba, Consil. 335. n. 3. Pensionem in emphytevsi fieri pro recognitione Dominii directi apud concedentem permanentis; Censum vero pro recognitione Dominii à concedente accepti, aut etiam, ne memoria veteris Dominii excidat Franz. de land. c. X. n. 54. Carpzovius tradit quoque modum constituendi ultima voluntate in Part. II. consil. ii. rubr. sicut & prescriptione constituti posse, dubium non est.

S. X. Descriptionem excipiat DIVISIO, cujus potissima secundum transferendi modum sumitur. Hinc Census alias vocatur Reservativus, sive fundarius, illi praestans, qui prädium suum in alterum transtulit reservata sibi modica portione sub nomine census, qui vel in pecunia vel fructibus consistere potest, Befold. th. Pr. sub: Zins-Lehn. quandoque valde exiguum, v. g. gallina, anser, Franz. d. c. X. Webner. Obs. v. Hasinachthüner. Scoppius in Tr. J. feud. modum illum ita exprimit: Wann manus mortuæ, Elßter oder Alemter privatis Erb-Gütern verkauffen / und einen Erb-Zins sich davon reserviren / cap. IV. p. m. 53. Alius Constitutivus, Constitutus seu Consignatus, qui se manui mortuæ ad eandem ex suis propriis prästandam obligavit, sáppissimè interveniente Ent. Vend. Menoch. cons. 997. n. 1. Letfer de J. Georg. I. c. 18. wenn einer Elßter oder Alemter zu Zins-Herrn seiner Güter annimmet / cit. c. IV. p. m. 57. Posterior modus à quibusdam iterum dispescitur in personalem, in personam solius

B

cen-



censuarii ad certam pensionem absque omni respectu rei alicuius constitutum, *Franz.* lib. 1. *Refol.* 1. atque in realem, respectu rei alicuius fructifera, *Struv.* *J. feud.* c. II. §. X. n. 4. ibique plures, sed prior significatio hujus loci non est. In quantum Censis Reservat: & Constitutivus con- & disconveniant tradit *Menoch.* 1. *Praf.* 107. n. 7. *Leijer* l. c. lib. 1. c. 18. Subdistinguitur etiam in novum & antiquum, in temporale & perpetuum, eumque vel redimibilem, hinc wiederluffliche Zinsen / vel irredimibilem, illum iterum in determinatum, & in determinatum. Qua autem nominasse nobis sufficiat. De his plura *Leiserus* in sepius laudato suo *Opere Georgico seu Landrecht* / *Lynck* in *Respons.* *Franz.* *Tr.* de laudem. *Ejusda, Refol.* lib. I. *Webner Obseruat.* voce: *Census in Indice, Molineus de usuris qu. 72.*

CAPUT SECUNDUM, DE PROBATIONE IN GENERE CONSIDERATA.

SUMMARIA.

- §. I. A Generalioribus ad Specialia progrediendum.
- §. II. Vox Probationis unde, & quid probare significet?
- §. III. Probatio quid sit?
- §. IV. quomodo dividatur itam à Philosophia, itam à Cis?
- §. V. Demonstratio quid sit?
- §. VI. Probationis modi quinque cum ordine tractandissimo.
- §. VII. (1) De testibus.
- §. VIII. (2) De Instrumentis, eorumque divisione.
- §. IX. De Instrumentis Publicis.
- §. X. De Privatis.
- §. XI. (1) De Juramento.
- §. XII. (4) De Confessione Partis adversae propria.
- §. XIII. (5) De oculari Inspectione, compromiso, & Commisariis.

S. L.

NEM propter materiarum amplitudinem *Carpz.* *Proc.* tit. *XIII.* rubr. omnis nostra tractatio confundatur, consultius videtur ad Imperatoris nostri Justiniani monitum in §. 2. *Inst.* de J.

de J. & J. à generalioribus ad specialiora demum progressus facere. Ac proinde simplex ac levis illa via, quam inculcat laudatus Imperat. l.c. exigere videtur, ut prins, quam de Probatione Censuum ipsamet suscipere quædam instituimus, præmittamus huic generalem aliquam, brevem tamen, imò brevissimam, Probationis in genere considerationem.

§. II. PROBATIONEM à probando deducendam esse, cuivis facile in oculos incurrit. Probare autem quid indicet? cum à Philosophis, tum etiam Juris Interpp. varie quæsitus & disputatum fuit. Nós maxime de sensu, quem in Jure nostro proprium habet, solliciti erimus. Constat igitur, vulgo significare, id, quod dubium atque obscurum est, certum reddere, prout *Barnab. Brisson. Galus egregie doctus*, in Lex suo sepius recuso tradit. Quod quandoque noget laudare, autore *Pandulph. Prato*, quandoque rem experiri & tentare, referente *Spigelio in Lex. J.* quandoque & in facultates aliquas inquirere, prout de fiduciis oribus id usurpatur in l. 9. § 10. ff. qui *sauud. cog.* item & *juratō* promittere, l. 7. § 3. ff. de minor. & alibi passim, id parum ad nos, curantes solum significationem vulgarem, nostraque vernaculae linguae ac voci: *Verweis* / aptam. Est enim hac ratione idem ac, etwas weiß/ hell/ oder klar machen / hinc & Probatio in Jure nostro luci comparatur l. ult. C. de test. int. imò & lumen veritatis appellatur in l. 4. C. de temp. & repar. Appell. Sed solum ut addatur necesse est, quod Probationis vocabulum accipiat vel generaliter, ut omnem omnino cuicunque factam fidem designet, vel specialiter, pro fide Judicii & in Judicio de re dubia facta, & ita b. l. intelligendum est, ut notet Juridicè probare *Hahn. ad tit. de Probat. n. 2.* Vid. *Bach. ad Treut. Vol. II. Disp. 4. lib. 1. Faber in Thesaur. Erud. Scholast. voc.*: *Probare*, *Eckold in Comment. ff. heic.*

§. III. Probationis definitiones, aut potius descriptio-
nes plures deprehendimus, tam à JCtis, quam à Philosophis
combinatas. Hi, Principem ac Patrem Aristotelem sequen-
tes,

tes, describunt eam, quod sit rei dubiæ faciens fidem: Illi delineationes ejus tot ferè tradunt, quo eorum capita fuere. Bononiensis Azo dicit esse eam rei dubiæ legitimis argumentis factam ostensionem in Summ. ad rubr. Cod. de Prob. n. 1. it. Glossa in Tit. C. de Prob. Azonis tamen hanc definitionem plurimis calumniis laceratam, Speckhan. Cent. 3. Class. 3. quæst. 11. adductis multorum Practicorum definitionibus, comprobatur. Aliam substituunt Cupacius in Paratit. ad b. r. Cod. a. liam Mynsinger. in tit. decretal. de Probat. aliam Job. Oldendorp. Tr. de Prob. & Test: alias Br. & Bl. Omnia autem summae eò redeunt & collimant, quod Probatio rei dubiæ aut litigiosa fidem faciat. Vid. l. 12. & passim u. D. & Cod. de Probat. collata l. ult. C. quib. ad libert. procl. non licet.

S. IV. Probatio autem omnis non eadem est, quippe tam philosophicè, quam Juridicè variè divisa. Aristoteles eam facit duplē, unam INTRINSECAM, ex ipsis causis visceribus & circumstantiis eruendam, v.g. ex apparentia vestigiorum presumitur iter, actus, via; alteram EXTRINSECAM, extra causam querendam, utpote per testes, instrumenta &c. Eadem ab eodem aliis modo verbis tradita tanquam vetustissima omnium calculum meruit, quā probatio alia dicitur *τερψις*, seu artificialis, alia *δοκιμα* seu inartificialis. Discenit utramque ars, ita tamen, ut in priori, quatenus ex rerum circumstantiis presumtionumque fontibus colligitur, plurimum operetur. Wensembe, paratis. de probat. n. 4. Treutl. Vol. II. Diff. IV. th. 2. & Baibov. ad eund. Menoch. Tr. de presumpt. l. 1. qu. 1. n. 6. Heic annotandum, inartificiales solas ex usu forensi vulgariter Probationum nomine intelligi. Ex artificialibus PRÆSUMTIVAM emicare solere Vultej. 2. Jurisprud. c. 2. n. 12. Treutl. l. c. Stryck. Coll. Pr. c. XVII. §. III.

Jcti dividunt illam in PLENAM, & SEMIPLENAM seu imperfectam. Quid quævis earum sit, constat, nec mereatur expositione, dummodo ad scopum nostrum non facit. Petius intuenitur distinctionem in Regularem, qua post
Lit.

Lit. Cont. sit, & irregularēm, seu extraordinariām, ante L. C. & ante actionem motam ad PERPETUAM REI MEMORIAM, de qua infra dicendi occasio dabitur. Deinde alia est ordinaria seu solennis, quatenus facit ad Processū ordinariū eū Beweis/alia extraordinaria, ad causam summariām, quæ dicitur Demonstrationē, eine Bescheinigung. *De qua* §. seq. Vid. *Carpz. lib. 3. Res p. 75.*

§. V. DEMONSTRATIO est tantummodo nuda rei ostensio, & quedam ex instantibus vel præteritis accidentibus notitia. Plures alios habet significatus; Nos autem afficit solum is, qui vulgaris est, & qui in foris Saxonice ut plurimum practicatur, quando Judices ex justis causis in Procesſu, in primis Summario & causis favorabilibus ad evitandas Litium ambages demonstrationem aliquam mudant partibus injungunt. *Carpz. Proc. tit. XIII. art. 1. n. 9. & 14. Id. Conf. XVI. def. 16.* Dispescitur in Demonstrationem in specie, & Contra-Demonstrationem. *Swendend. ad Proc. Fibig. c. II. §. XV. p. m. 528.*

§. VI. Considerandi nunc veniant circa Probationes omissa forma ac gradibus, Practicorum meditationi relinquendis, modi, vulgo quinque, sequenti versiculo inclusi;

Vox, Scriptura, Nomen sacrum, Confessio, Visus, Proinde tractabitur I. Vox, h. e. Testes. II. Scriptura seu Instrumenta. III. Nomen Sacrum aut Juramenta. IV. Confessio scil. partis adversae. V. Visus aut ocularis inspectio. De singulis autem præcipua tantum momenta proferemus, relictis hisce, quæ partim ad ipsum exercitium forense, partim ad nostrum finem parum, aut nihil planè conferunt.

§. VII. Prodeant igitur (I) TESTES. Hos quod attingent, tum quoad theoriam, tum praxin forique usum ita de his agemus, ut illam planè omissimus, hanc vero eate-nus attingamus, in quantum nobis prodeste poterit. Qui planè repelluntur, aut sine legitimo impedimentoo admittuntur, eos sicco, ut ajunt pede, maximam partem planè

transibimus. Testes igitur, cum ad fidem faciendam adhibeantur, habiles omnino esse oportet, secundum tritum;

*Conditio fortuna, fides, discretio sexus,
fama atque, bonis testibus esse volunt.*

Monendum tamen simul est, quod, cum testes alii requirantur ad negotium praeiens, & in judicium jamjam deducuntur, alii ad futurum, hinc testes ad P. R. M. supra §. IV. quales tam in civilibus, quam in feudalibus & per legitimam consequentiam etiam in censiticiis adhiberi solent; *Rudolph. Nucl. Pr. Judic. P. I. c. 62.* utroque casu eadem semper habilitas attendenda venit. Spectatur autem illa, prout vulgo tradunt Doctores a) ratione defectus aut infirmitatis Judicij, ut in pupillis *I. 19. ff. b. t.* b) ratione causa, hinc arcentur à testimonio Pater in causa filii & v.v. *I. 9. ff. b. t.* inimici, *I. I. § 24. de quaest.* etiam si capitalis inimicitia non sit *Dn. Lynck. A-nal. ad Struv. Synt. Civ. b. t.* Domestici, die *Bridslinge/* & consanguinei *I. 14. ff. & I. 3. C. cod. c. 24. X. b. t.* nisi in causa matrimoniali, in ordine ad cognitionem graduum *c. 3. X. qui matrim. acculare potest* & hanc quidem ob rationem, quia quisque suam Genealogiam optime scire presumitur. Mercennarii, qui expensis producentis, an dessen Kost und Brod vivunt, ubi obiter notandum, mercenarios intelligi proprie tales, qui mercede conducti aliquid faciunt *I. 11. ff. de Poen.* & opponuntur gratuitis *Spiegel. Lex I. Libertus in causa Patroni I. 3. & ult. ff. heit.* infames ex infamia Juris *c. 7. X. b. t.* Vicini etiam: Non enim valet, si testis dicat: Scio, quia sum vicinus, vel consanguineus. *Nucl. Proc. Jud. Part. I. c. 59.* Ita & plures ut Advocati, Procuratores, Sollicitatores, Amasii & Amasia propter coniunctionem inhonestam, prohibitam Legibus *Myns. Concl. 86. n. 17. 18.* arcentur à testimonio dicendo. Conf. de his *Carpz. Part. I. confit. XVI.* Vide *Dec. Conf. 133. Col. 3. Pedemontanus J. Cius, Aymon Cravetta, conf. vol. Id superest,* ut solum de TESTIMONIO CREDULITATIS, auditus alieni, aur famæ breviter dispiciamus. Appellantur autem tales testes vel CERTI, qui sensibus suis rem percepérunt v.g. viderunt, inde & oculati, & tales valere oport-

oportet, imò unus eorum, teste Plauto, pluris est, quam decem auriti, vel INCERTI, qui solummodo aliunde audiisse rem fatentur, quorum testimonium exigui momenti ac ponderis est; licet concurrat favor pizæ cause aut antiqui, magnæque autoritatis viri. *Nucl. Proc. Jud. II. supra citatis.* Hac hactenus: De usu & observantia in probandis censibus *infra* cap. IV. dispiciemus.

S. VIII. Viva corpora excipiant (II) mortua, scil. INSTRUMENTA, ab instruendo, quod causam instruant, dicta in *L. I. ff. de instrum. & amiss. eorum* in specie notant forensia & publica ἀρχαὶ græc documenta, Nov. 159. 117. & 142. diversa ab idem, à tribus testibus subscriptis *I. n. C.* qui pot. in pign. Gotbofr. ad eand. & describuntur, quod sint scripturæ, quibus legitima ratione consecutis fides adhibenda est, *Mys. Comment. in iit. de fide Instrum.* Solent communiter dividi in PUBLICA, vid. Nov. 44. autoritate aut personâ talia, & in PRIVATA à privatis consarcinata; Utraque veniunt nomine derer. Briefflichen Urkunden/ oder Documenta. Hac iterum subdivisuntur in ORIGINALIA seu avtheutica & TRANSUMTA, atque hæc rursus in vidimata vel nuda. De eorum fide in probando facile constat; At verò de his quæstio remanet? an & quando exemplis (dener Epheyen) fides habenda sit? Dd. inter exempla & exemplata, inter exemplum publ. autoritate & privatum traductum distingventes affirmativam, Jure Canonico alias fundatam, vid. *Mynsing. Cent. V. obs. 73. n. 13.* convertunt in negativam, multis Ddr. præjudicis firmatam, casibusque illustratam, referente *Mynsing. Cent. VI. obs. 73. 74.* adeo ut nec autoritate Principis, nec causæ favore, nec interveniente partium voluntate plena fides ipsis concilietur, de quibus elegantissime *Nic. de Pass. Patavinus in utilissimo suo Tr. de Script. Privata lib. I.* Aliud tamen de exemplis ex archivo Principis deponitis notat *Carpz. p. i. c. 17. def. 38.* Quid nobis circa census probationem observandum erit *infra* suo loco monebimus. Interim placet legalis ea distin-

ctio

Etio, quam ipse Imperator nosler in *I. t. C. de Jurejur.* propter calumn. dando usurpat, qua Instrumenta reperimus à litteris separata, ut hac ratione omnia Documenta sint alia INSTRUMENTA seu quæ *Cicerio Literas publicas* appellat, de quibus in §. subseq. IX. alia LITERÆ, scil. privatae de quibus pauca §. X.

§. IX. Instrumenta ~~xvi~~^{et} talia, sunt in genere, quæ autoritate & persona publica secundum consuetudinem & leges praescriptas debita forma confecta Nov. 44. *Constit. Max. I. von Uniericht der Notarien d. anno 1512. Nebring. Manuale Notar. de Excess. eorum, Herbari Tr. Jurid. de off. Notar. c. IV.* plenam merentur fidem. *I. 10. ff. de Prob. I. 15. C. b.* etiam ad paratam executionem impetrandam, *Carpz. I. const. XVII. def. 32.* Cum autem publicæ persona quandoque Magistratus §. 5. *Infl. de Attil. Tui.* & officiales Principis aut Civitatis, quandoque tabularios seu Notarios *I. 31. C. dt Episc. & Cler. §. 3. Infl. de Adopt.* *Brunn. Proc. Civ. c. XIX.* significant, videtur se sponte dissecare in Judicialia & Extrajudicialia. Illa sunt Scripture coram vel apud Acta, *Hahn ad Wesenb. ad tit. ff. de Edend.* sive coram tribunali, *Syppmann de Referendar. c. 5. n. 45.* aut in Jure i. e. loco, ubi Jus dicitur. *Idem n. 46.* iussu judicis, de causis civilibus & criminalibus memoria & probationis ergo solenni modo confecta, germ. *Aeten / Erb. Amt.* oder Gerichts-Bücher / Registraturam, *Mynsing. resp. 71. n. 14.* Thurnfurstl. Sächs. neue Gerichte-Ordnung / tit. 2. verb. und durch ihn jedesmahl. Huc pertinent etiam Libri Censuales, autoritate publica confecti, Schatz-Schöss oder Rent-Magister Saal-Bücher / finis nostri presentis discursus primarius, de quibus infra. Hæc vero quæ a Notariis in causis publicis tam judicialibus, quam extrajudicialibus *Howard. Tr. de Officio Notar. c. 7. Proarma n. 1.* expediuntur, vulgo & propriissime dicta Instrumenta, Protocolla, non minorem fere fidem haberi solent, siquidem cuiusque rei origo in primis spectanda est *Carpz. Part. I. const. XVII. def. 44.* Differunt hæc invicem, quod illa in ipso Judicio facta

facta fidem omni exceptione majorem, l. 30. C. de Donat.
hęc plenam quidem faciant, attamen probationem in con-
trarium admittant l. 18. C. de Probat. Tali modo libri
publici creduntur die Handels-Bücher / Syprann de Referen-
dar, c. 5. n. 16. p. m. 77. Conf. de his Wunschii Comment. de
actu Judicial. c. 1. 2 seqq.

§. X. LITERÆ S. Instrumenta privata, quæ autoritate
privata & à personis privatis sunt. De harum fide su-
pra constat. Varia autem eorum genera dantur, veluti
CHIROGRAPHUM l. 14. de non numer. pec. Besold. voce: Hand-
schrift / cui opponitur APOCHA vulgo Quietantia, quia
quietem ab ulteriori Interpellatione tribuit, cit. l. 14. cod.
ANTAPOCHA quā debitor fatetur, se præstationes annuas
solvisse, & ita predium suum præstationi obnoxium esse l. 2.
C. de J. emph. l. 9. C. b. t. de Perez ad l. c. n. 3. de qua pariter
prolixior dicendi occasio infra sequetur, quandoquidem
non ultimum sibi in probandis annuis redditibus, pensioni-
bus Erphyteicis, & similibus locum tribuit Disp. de Judicis,
Prefide Magnif. Dn. Stricio Erfordie 1703. habita. Hę literæ, uti
nos accipimus, ad duętum Dn. Siruvii Ex. XIX. tb. 23. dividenda sunt (a) ratione officii publici, unde sunt Libri CEN-
SUALES, à Dominis Censuum confecti, de præstandis à rusti-
cis, qui non perinde ut publici, Atv. 4. Dec. 179. fidem indi-
stinctè faciunt, sed dum demum, si prælecti quorum inter-
est. Carpz. 1. Resp. 61. aut consensu eorum firmati sint Dan.
Moller Lib. IV. Semebr. l. 37. n. 1. Gravetta Conf. 815. n. 14. uti
infra pluribus dicemus.

Libri RATIONUM, Societatis, Libri Mercatorum, qui
vulgò dividuntur in a) extraordinarios, inde habetur liber
Secretus, das Geheime Buch / b) ordinarios, hinc (1) das
Glitter-Buch / Straccha de Mercat. (2) Tag und Hand-Re-
gister / Gall. Journal, de quibus Spatens (vero nomine Sti-
lers) deutsche Secretariat-Kunst im Anhang/ tit. von Kauffmann
Briesen. (3) Das Haupt-Buch / qui communis appella-
tionem intelligitur. Rosenth. de LL. Mercat. c. 3. v. 8. scqq. Porro

C

LL.

Registra, LL. Aestimi seu, quod idem est, Catastrum-
Quastionem: An per extimi Codicem dominium aut pos-
seilio probetur? infra movebimus, ubi simul de censu
probatione per talen astimum agetur, it. & LL. Colle-
ctorum vid. de Paff. lib. IV. (b) ratione administrationis, unde
LL. Tutorum, Curatorum, l. i. §. officio de utel. & rat. di-
strab. LL. factoris, insitoris &c. (c) ratione arbitrii &
voluntatis cuiusvis, prout res postulat, ntpote sunt, Libri seu
Codices rationum, Breviaria accepti & expensi, quæ dicta
instrumenta domestica, per se pro diversitate scribentium,
diversaque illorum intentione, varia, diversimode dividun-
tur teste Eckoldo tit. de Edend. §. 17. veluti rationes à Patre-fa-
miliis conscripte, Hnph. Bütcher / Calv. Lex. voce: Instrumen-
ta. Reliqua Applicationi in Cap. seq. reservabimus.

§. XI. Nunc de (III) nempe JURAMENTO. De
hoc disquiritur inter Ddr. an proprie, stricte que loquendo ad
Probationum species referendum sit? Et respondent ferè uno
quasi ore negando, quoniam jurjurandum parti adver-
sa propter defectum probationis ordinariè deferatur, ex
quo potius relevationem à probatione, quam ipsam aliquam
probationem dicendam esse volunt. Menoch. Arb. Iud.
Ques. cas. 526. n. 44. Maf. Vol. I. Qy. IX. ibique plures. Conf.
Stryck. Coll. Pr. c. XX. Nos vero an probatio, aut simile proba-
tioni sit, autore Maf. l. c. n. 3. aut unde descendat? aut
quomodo describatur? intactum relinquimus. Divisiones
e atenuis attingemus, quatenus usui nobis esse possint. At-
tendenda ergo illa est, quæ sit in Juram. CALUMNIAE, quod
vel generale est, vel speciale. Stryck. Coll. Pr. c. XII. Ab ro-
gato autem in Foris Saxon. Juramento Calumniae generali,
ob perjurii periculum, aliasque causas, surrogatum fuit Jur.
MALITIAE, probante Carpz. lib. IV. tit. VI. Resp. LIV. n. 3. s.
Ord. Proc. tit. 18. 6. Es soll auch einiger der re. in tit. 33. Nov.
Decis. Elec. 70. Sic animadvertenda quoque est distinctio
in Jur. VERITATIS sive assertionis, & in Jur. CREDULI-
TATIS.

153 (19) 20
TATIS, de quibus, quippe per se notis, vid. *Systematicos*
it. etiam *Carpz.* P. I. conf. 24. def. 14. & *Resp.* 60. lib. III.

§. XII. Succedit (IV) CONFESSIO PARTIS adver-
sa, dispescenda in Judicialem, coram Judice competente
facta l. 2. de *Confessis*, qualis omnino obligat, & extrajudi-
cialem, quæ sit apud probos, fideque dignos homines ex-
tra locum Judicij, & talis vel probat & obligat, vel nec
probat, nec obligat, prout illa causam habet, aut non
Gothoff. in *not.* ad l. 11. §. 9. ff. de interrog. in l. fac. conf. *Spir-
gel.* Lex. J. Confessio coram Notario videtur habenda vel pro
publica, & obligante, quatenus in Scripturam redacta est,
vel pro privata & probante, nullo insuper instrumento con-
fecto. Nulla autem hac propria confessione efficaciorum
esse probacionem patet ex l. 2. c. de *transact.* l. 13. Cod. de
noz numer. pec. modo secundum interpretes facta sit (1) co-
ram Judice competente c. at si *Clerici X. de Judicis*, coram
alio enim prolatâ non stringit *Jo. Andree ad Decretales c. per in-
quisit. de Electione.* (2) adversario praesente (3) liberè non co-
acte (4) de re litigiosa (5) non erronee, non enim fatetur,
qui errat l. 2. ff. de *Confess.* (6) jurato facta (7) acceptata à
parte tanquam judiciale confessum de quibus evolv. *Bou-
ricius de off.* *Adv. c. XXII.* *Gail. I. obs. 55. n. 8.* *Stryck.* *Inrod. ad
Prax. c. XVII.* §. 17. *Mysing. Cent. 10. obs. 51.* *Masc. de Prob. Vol.
1. qv. 7. per tot.* (8) non improbata à Judice c. mulieri X. de
Jurejur. *Mysing. l. c. pluribus.*

§. XIII. Tandem restat (V) OCULARIS INSPECTIO,
omnium efficacissima probatio, quæ rei & loci evidentia
seu inspectione oculari fit l. 3. §. 1. in fin. ff. fin. regund. l. 3.
C. eod. Cum igitur major & efficacior fiat probatio tali mo-
do suscepita per evidentiam, quam per audientiam, merito
unus oculatus testis pluris quam decem auriti valere dici-
tur, quia ille errorem habere nequit, hi vero omnino ac
facile *Monoch. de Arb. Jud. Quest. cas. 52b. n. 5. 12.* *Mascar. de
Prob. qv. 3. n. 4. 1.* Ufus ejus maxime frequentatur in disce-
pta-

ptatione finium dubiorum, terminorum motorum &c. Id quod negotium ansam inter alia præbuit tum Judici, tum sapientius etiam partibus litigantibus, ut hæ vel ad arbitrium tertii causam per COMPROMISSUM devolverent litiū inter se finiendārum gratia *l. i. ff. de Recept. Arb.* hac forte cogitatione, utilius esse macro concordium quavis pinguis sententia, *Knieben. de Sax. non provoc. Jur. Advoc. cap. 3. n. 73.* vel peterent instando Judicem, ut certos deputaret COMMISSARIOS, qui citatis eis, quorum interest, se in rem præsentem conferrent, ocularem Inspectionem (cine Besichtigung) instituerent, & hac ratione questionem causæ in Judicio alias diu diutius pendentes dirimerent *Stryk. Introd. Prax. c. II. §. 15. Coll. Pr. sect. III. memb. 1. §. 8. Brunnewman. Proc. Civ. cap. 2.* Tantum de Probatione in genere.

CAPUT TERTIUM.

CONTINENS

TRANSITUM APPLICATIONIS FACIENDÆ CUM SCIAGRAPHIA.

SUMMĀRIA.

§. I. Commendatio Applicationis in studio Juris, cum theoretico, etum pratico, ejusque ad duas positiones restringit. §. II. Positiones ambe. §. III. Ratio transiendi. §. IV. Sciagraphia, juxta quam Applicatio facienda.

§. I.

LAudabile, vitæque hominum necessarium advocationis officium *l. 14. C. d. Adv. Div. Jud.* primariò vertitur in eo, ut cognita varia actionum genera ad casus in Civ. societate obvenientes prudenter adpliantur *l. i. de J. & J.* Quo facto eligatur necesse est tale Legis beneficium, quo & fa-

§ 3 (15) 3.

& facilius & commodius Partium Jura defendi queant, nī
stultitiae ab ipso Imperatore in §. 5. Inst. quod cum eo, qui in
al. pot. accusari quis velit. In præsentianem ed annitamus,
quantum ingenii tenuitas fert, statim sub ingressu Juris sub-
tilitates, rigoresque maximè in nostra materia duabus lega-
libus positionibus temperare, ad quas in subsidium multo-
ties, maxime in materia tertium, recurrentum erit.

§. II. Positionum igitur altera hæc esto : Multa ex
consequenti tolerantur, quæ principaliter fieri prohibentur
l. i. & 7. ff. de autor. & consens. Tui. Ulpianus l. c. exemplum
dat in tutori, autore in rem suam. Cui merito adjungat-
tur legatarius, qui in testamento, quo legatum sibi reliquum
est, recte testari potest l. 20. pr. ff. qui test. fac. licet alias non solum
heres in eodem testamento tanquam testis non valeat l. c. sed
& nemo in re sua testis esse posse l. 10. de Test. Altera ita sonat:
Testes inhabiles admittendos esse, quoties alia probatio ad
eruendam veritatem non datur l. 7. ff. d. 111. exempli loco
servus in l. c. servit. Veritas autem explicante Carpz. tum
denum non haberri posse dicitur, quando negotia de sui
natura difficilis probationis sunt vid. Carpz. Part. I. cons. XVI.
def. 73. Hortens. Cavalcarius Italus, de Testibus Part. IV. n. 217.

§. III. Nunc proprius ad rem. Quemadmodum igitur
est in insqñ species probationum in Cap. preced. enumera-
ravimus; Ita nunc quoque eodem pede incedemus, rela-
turi nos in adipicando eō, quoties, quæ jam dicta ibi sunt,
denuò repeterre opus foret. Ut autem omnia, quæ ad
intentionem nostram consequandam faciunt, recte ponde-
remus, visum fuit, ne aut confusio oriatur, aut necessaria
omittantur, omnem probationem censualem, qualisunque
ea sit, certis cancellis includere, eumque in finem sequen-
tem scagiaphiam, quæ loco summariorum ad quodvis Ca-
put seq. adhibeatur, huc ponere.

C 3

§. IV

§. IV. Censuale in probationem instituturus
præmeditur Possessionis titulum, inde dabuntur

CAP. IV. §. I.

Actiones competentes autem

inter Dominum & Censum,

Contra extraneum terrum turbantem.

§. II.

§. III.

Exceptiones, de quibus fatus in Parte de Reprobatione.

medietur ipsius Probationem, quia duplex est negotium censu-
m, et ex parte, eaque tum organica, in qua occuruntur
ordinaria, in qua occuruntur

§. IV.

I. TESTES, partim

Privati, de negotio autem

futuro, hinc ad Perpet. Rei Memoriam.

§. IV.

presenti, qui esse possint

Pupilli, §. V.

Vicini, §. VI.

Inimici eod.

Advocati §. VII.

Domestici §. VI.

Oculati & auriti eod.

Publici, utpote

Magistratus in civitatis

§. VIII.

Sentiores aut Sculerti in pagis

cod.

Campanii Antiqui Geldstücker, Blöhr-Acker- und Wiesen-Nögger

§. IX.

Viri terminales, & agrimensores, Feldmesser

cod.

II. INSTRUMENTA, ubi notandum, alia

CAP. V.

1. esse autem

Publica

Libri Principum, Fürstenbücher.

§. I.

Libri Censuales, Erb-Geschoß-Dienst-Bücher.

§. II. & III.

Libri Actimi, Catastra, Saalbücher

§. V.

Littera Investituarum, Erb-Zins-Briefe

§. VI.

Informations feudorum, Ichens-Informationes

cod.

Testimonia Censualia.

ibid.

Littera Præsentationis, Aufstrages-Briefe.

§. I.

Protocolla Judicia, Registrarien.

§. VII.

Transactionum Instrumenta, Verträge

cod.

Libri Antiqui, Blöhr-Bücher.

§. VIII.

Libri Sculterorum.

ibid.

PRIVATA

Apochæ & Antispochæ

§. VIII.

LL. Rationum, Rechnung- und Haush.-Bücher, Elmenhurn. Ausg. §. IX.

Littera Reversales, Reversæ / item :

Bacilli fish, Kerbhölzer, Kerbstetel

§. X.

2. haberi penes partem vel utramque, vel alterutram &c.

§. XI.

III. JURAMENTA.

IV. CONFESSIO PARTIS

V. OCULARIS INSPECTIO.

Extraordinaria, hinc Demonstratio vel in specie talis vel Contra Remonstratio de qua
possessione

ultime.

Solutione census qui actus Prescriptionem producent

opinione famaque vulgi.

CAPUT QUARTUM.

S. I.

Ad propositum nostrum nunc proprius accessuri, ipsaque hactenus in genere dicta, nunc in specie ad bona Censitica applicatur, primo omnium rem cum personis habemus. Personæ enim sunt, propter quas omnia Jura constituta videmus in nostro Corpore Juris; conferique ista per Contractus, varie distinctos, & a modo contrahendi denominatos, ad transferendas res, rerumque dominia habiles ac licitos. Impræsentiarum ob oculos nobis esse debet **CONTRACTUS CENSITICUS**, obligans tam Dominum, quam Censitum ad præstandum id, quod vel ex pacto, vel ex natura contractus quisvis debet; alioquin, cum malitus hominum ad lassionem inter se invicem tendentium minime indulgendum sit, concedunt Sacrae Leges lassimæ saluberrima beneficia ac remedia, scil. Actiones, ut jus quæsumum, invito nunquam auferendum, legitulo tramite perequantur. Neque tamen propterea iniqua plura prætendentes habent, quo gaudeant: Non enim, nisi justa ac justè pertinentibus Jura succurrunt. Præfens nostra tractatio Jura ac Justa pro fine habet, cum non cuivis prædium aliquod censitum attribuat, nisi probanti. Casus esto: Arrogat sibi quis eenum in hoc vel illo prædio, coactus possestorem, ut quotannis sibi præstanto pristinum dominium recognoscatur. Nunc queritur: An hic actionem fundatam instituere queat? Quod denegandum ipsi sine non est, modo constet de antecedente aliquo contractu vel alio titulo censuali, & certo respectu de subsequuto implemento ejus, ratione traditionis: Eo casu res & causa debendi clara; hoc autem quæstio ulterior remanet: utrum prædium, de quo convenit, traditum fuerit, & possessionem à Censito: aut an minus, interim tamen monitratum, da der Käufer eins und angewiesen werden / & concessum ad occupandum? Priori modo

modo liquet, Dominum fundatum habere ius, ad agendum contra ejusmodi improbum, ingratum & contumacem Centrum, Struv. j. feud. cap. VIII. X. & XVI. apb. 2. imo adeo adulantur mores Germanie tali Domino, ut causis nonnullis potestatem dent ipsum arrestandi, tam quoad res, quam quoad personam, capendi ab eo pignora, inque eum manus injiciendi, probante Gail. de Arrest. c. 10. n. 1. 3. Id. in Tr. frat. pac. lib. 2. c. 9. 10. Manz. Decis. Palat. deo. 2. q. 19. n. 17. 18. Mantius de Homag. tit. 4. n. 24. Posteriori modo non dubitandum, quin pariter fundata ac parata actio pro Domino militet, ut census promissos ex pravio contractu, perfecte inito, consequatur, debitoremque ad occupandum, praestandaque praestandum adigere possit l. 13. §. 19. ff. de Ab. Emt. Et ita leni via proceditur adversus talēm pertinacem, scil. actione aut venditi, aut ex stipulatiō: Gravius enim obtinet moribus permittentibus Domino jurisdictionali, penali iudicio talēm coercere. Conf. de his Leiser. de J. Georg. c. 18.

S. II. Pari quoque ratione vice versa evenire non raro solet, ut Centrum adversus Dominum, tradere & implere detrectantem, de probatione juris quasfiti laborandum sit. Hic pro fundamento recte ponit Contractum, vel alium titulum, & ex contractu actionem e.g. emti, ex stipulatu, conditionem ex moribus, ut supra. Intra datur etiam actio ad interesse ex mora Domini culposa, vid. Schütz. ad LB. tit. de Ab. Emt. Vend. Et hoc probatoris fundamentum anteponit Mascardus possessioni 40. annorum, cum in probando censu dicendum existimat: peto censem, (non quia illum mihi solvisti 40. annis, sed) quia illum mihi debes ex Contractu, (aliquo supra nominato,) de Probat. concl. 279. n. 9. nam causa specifica alleganda est Bart. in l. cum de in rem ff. de usur. Glossator in c. perenit X. de cens. & ita sufficere allegationem causā specificā statuit Mascardus, licet allegata non probetur. l. c. n. 14. Eō que facilius hac in re Centrum aduersus Dominum connivendum, quō magis huic in dubio faven-

favendum autem. *Menoch. Conf. 1266. n. 9. & 49. n. 30.* & sic contra Dominum directum pronuntiandum. *Cravetta lib. 5. conf. 836. fin. conf. l. 3. & 9. ff. de R. I.*

S. III. Neque tamen propterea Dominus aut Censitus ab omni probatione liberum sese existimet, cum inter se ambo intestinam discordiam non vovent, siquidem vis quoque datur externa, quæ aut eorum alterutrum, aut utrumque simul concutere in possessione facile queat. Hoc casu experiundum quidem tali possessori est aduersus tertium seu extraneum five turbantem five spoliantem. Sed quo quæso beneficio? Non habebit aliud, quam *Contra-etus prævii.* Hinc fluunt Juris remedia, scil. actio aliqua ex qualitate negotii aut factorum competens, quæ quemvis possidentem defendendum statuit. Sicuti fluunt exinde etiam Interdicta Prætorum æquissima, ad possessionem fundi censitic vel retinendam, vi Interdicti uti possidetis, aduersus quoscumque turbantes ac spoliantes suppetias ferentis, vel recuperandam, adhibitis adminiculis tum ex Jur. Civ. Prætorum, per se notis, tum ex Jur. Can. utpote datur actio de Spolio ex *Can. redintegrande c. III. qr. 1.* famosissimum remedium. Immo tantus exhibetur possessori censuario aduersus extraneum favor, ut, licet de titulo etiam non constet, tamen obtineat in possessorio Dominus aut Censitus, modo duorum annorum solutionem census probari queat. *Mascard. de probat. Volum. I. conclusio. 279. num. 15.* Contingit tamen nonnunquam, ut Censitus necesse habeat contra ipsum Dominum spoliantem, partes suas tueri, Quæritur: quo remedio? Lenissimô sane: *Quod enim de J. Civ. circa libertum respectu Patroni, l. 13. ff. de in Jus Voc. de Jure Feudali circa vasallum resp. Domini. Schneidew. Epit. feud. Part. V; n° 119. Carpz. P. 1. c. 2. def. 26.* disponitur, idem & circa Censitum respectu Domini Census dispositum videtur per tradita *Leijeri J. Georg. I. c. 18. n. 80.* Ex quo non potest Censitus experiri contra Dominum actione aut exceptione famosa erg. II. *feud. 33. §. 1. & l. 10. §. 12. de in Jus Voc.* nec inter-

D

dicto

dicto unde vi arg. II. feud. 22. verb: salva reverentia, junct. l. 1.
§. 34. de vi & vi arm. hinc est, quod existimet Ludw. J. feud.
p. m. 41. dari Censito contra Dominum spoliantem actionem
in factum, quod convenit cum loco allegato ex II. feud. 22.
verb. salva reverentia. Secus vero habendum est, si vis ar-
mata à Domino illata fuerit Struv. J. f. o. XI. apb. 3.

§. IV. Personas agentes comitantur TESTES. De
his autem in genere queritur: An in probatione censum
potissimum admittendi? Regulariter negant, volentes scri-
pturam seu Instrumenta, Ratio: quia 1) contractus hic ce-
lebrandus est in scriptis Maf. de Prob. concl. 603. n. 3. b. 10. 2)
Concessio propriè fit in perpetuum; jam vero memoria ho-
minum, maximè testimoniū est labilis l. 29. C. de testim. & l. 44.
pr. ff. de acquir. vel amitt. possess. Maf. Prob. Concl. 924. Sed
scriptura sive adfit, sive non, non impedit productionem
testimoniū: Nam eo casu testimoniis non facile est opus: hoc au-
tem, cum sit amissa, constat inter Dd. duos, si de amissione
liquido adpareat, probare de scriptura ejusque tenore,
l. 18. in fin. C. de testim., quinque autem requiri, fin. minus
Bart. ad l. cit. & avit. rogati C. de Tsp. In quantum in specie
considerandi veniant, huic faciant, jam videbimus. Ad
Sciographiae nostrae dictum fese offerunt primū Privati,
atque in his maxime illi, qui ad PERPETUAM REI ME-
MORIAM de Justitia causā deponunt. Nos interim, per-
lustrantes supra cohortes testimoniū, vidimus, quanta eorum
habilitas sit. Valens enim ac sufficiens eorum testimoniū
merito reputatur, susceptum in favorem sive actoris sive rei,
observatis tamen observandis Gail: obs. 92, n. 3. & pollet pondere
suo perpetuo omnique tempore, prout etiam claris ver-
bis docet die Sächs. Proceß-Ordnung tit. 27, §. 2, verb: Es soll
aber auch ein solches Bezeugniß ad P. R. M. NB. zu jeder Zeit,
wenn sich der Producens dessen würde gebrauchen wollen / er
seit Kläger oder Beklagter / seine Kraft und Würkung haben/
und behalten. Id sane cum grano salis, ut ajunt, intelligen-
dum est, quatenus salva sint requisita ex Præticorum do-
ctrina

Eritia necessaria, ibid. verb; wenn gebührlich damit verfahren,
Fusé de his cit. *Gail, obs. 92-93.* Ex his, aliisve licebit facile
ad nostram probationem argumentari, quanta hujus testi-
monii autoritas in ea valeat, ac futura sit, scil. maxima.

§. V. Progredientes in lufrandis testibus deprehendimus arceri tanquam inhabiles PUPILLOS. Atque adeò prohibentur, licet pubertati proximi sint, sed cur ita? Propter defectum, inquit, Intellectus, imperfectumque judicium. Sed quid si veritas aliter haberi nequeat? Tunc respondent, fidem aut indicium saltē facere illos, exāminati si fuerint officio Judicis, non verò ad instantiam partis, ut colligitur ex *Mascard. Conclus. 1253 per rotam Majores* tamen facti probant de his, qua in atate pupillari viderunt, modo tales res sint, quæ in sensum & intellectum ejus pupillaris atlatis tempore cadere possint, vid. *Carpz. P. I. consl. 16. def 55.* De INIMICIS pariter cognovimus supra, adhiberi eos neutiquam posse, maxime si utriusque partis sint *Carpz. P. I. consl. XVI. def. 56.* Quod autem Dn. Lyncker in *Anal. ad Struv. Syntagm. J. Civ. tit. de testibus*, etiam non capitales à limine judicij arcendos esse, putet, illud minimè videtur Legibus conforme esse, quippe loquentibus solum de capitalibus inimicis, ut clarissimè elucet ex l. 3. ff. de *Tes.* ubi in prim. verb. inimicus ei sit adversus. Conf. *Gesbofr.* uberior explicantem in not. ad l. c. lit. a, cuius expositione evidenter ratio adparet ex l. 24. ff. cod. Struv. Exercit. XXIX. th. 39. qui odium capitale ex l. i. §. 24. de *Quest.* rectius presupponit. *Ayeri Proc. Hist. lib. I. c. VI. obs. 1. n. 9.* Optimè igitur, quānam inimicitia heic sufficiat, arbitrio Judicis reliquendum, v. *Nicol. Proc. p. I. cap. 59. num. 6.* cum multis alleg. Quanquam in criminalibus levem etiam inimicitiam attendendam putent, vid. *Bertazzol. in crim. Consil. 4.4. n. 5.*

§. VI. DOMESTICI pari ratione communiter repelluntur; In censu tamen probatione aliquo modo difficulter observari debet, quod positiones superius traditæ volunt,

nempe ex consequenti eos esse tolerandos, & hoc eò magis, quandoquidem ostendente *Carpzovio* famuli pro Domino de his, quæ nonnisi per domesticos probari possunt, rectè admittuntur, vid. *Part. I. cons. XVI. def. 54.* Plures casus, in quies adhibeantur, evolve in *Nuel. Proc. Judic. Part. I. c. 59. p. m. 213.* VICINOS eòdem modo suspectos haberi dictum *supra* fuit. Hos autem non solum beneficio positionum nostrarum haut ægræ, imo præ famulis & domesticis admittendos esse, non immerito placere debet; Sed & ipsi quoque Doctores pro vera probatione horum depositiones in casibus, qui sensu corporeo percipiuntur, scil. in probatione habitacionis, possessionis vel quasi habent, licet de auditu tales & in confinio sint autore *Mascard. Concl. 395. 1208.* Hinc est, quod Seckendorff in seinen Deutschen Fürsten-Staat doleat, quod vicinorum testimonia saepius ita incerta sint propter horum negligentiam, dicens: Es giebt auch die Erfahrung / dass oft wenig Leute in den meistern Orten sind / die sich die Mühe nehmen / auf anderer ihrer nächsten Anstossen und Nachbarn Acker zu messen / sondern sie wissen nur beylauffig davon. Id quod maxime in damnum bonorum Dominorum Censiticorum accidere ex sequentiibus ibi patet. Vid. *Addit. des Fürsten-Staats pag. 42.* Hinc bene ordinatio *Prov. Magdeb. c. 32.* constituit, ut visitatio limitum fiat in prefatis vicinorum, derer benachbarten und angränzenden, sive benderseits anordnenden.

S. VII. De ADVOCATIS ultimo restat dicendum, item simul etiam de Procuratoribus, aliusve supra commemoratis. Quid autem, & in quantum probent, ex Positionibus nostris formandum, & securè, probare illos, affirmandum est; Et utique habenda eorum ratio in probando causis erit, dum plurimis intersint, ut inde *Mascard. de Prob. & Menoch. de Praesumtione. rectè passim in suis Tractatibus* concludant, esse legis præsumptionem, hos scire clientum negotia. Verum ergo, quod validè ad probationem censum, casu ita eveniente, in subsidium adhiberi possint.

Carpz.

Carpz. I. conf. XVI. def. 6o. Istud adhuc superest, ut, cum occasione testimonii de Credulitate obseruatorius in §. VII, testes alios dici AURITOS, alios OCULATOS, nunc de his dispiciamus breviter. Quod testes de visu attinet, extra omnem contentionem est, valere illos, adeò ut admittantur, si dicant se vidisse v. g. apocham, *de qua infra conficii.* *Felin. de fide Instrument. cap. 2.* *Mascardus de Prob. Vol. lum. I. concl. 10. n. 5. 7.* Hos verò quod spectat, nempe de auditu tales, cognovimus supra exigui momenti esse, etiam in causis favorabilibus, & juxta Menobium levem facere præsumptionem *conf. 458. n. 34.* *Cravetta conf. 277.* Magis favet *Mascardus*, cuius *concl. 395. & 410. n. 14.* præcipue hoc faciunt. Nunc queritur: Quid autoritatis in probatione censum obtineant? Resp. paucissimis, illos juxta positiones suprà ex consequenti tolerandos, ac in subdium vocandos esse, quum nimirum veritas censualis prædii ac præstationis aliter haberi nequeat. Id quod multò magis accipimus, quoniam non solum sapè laudatus *Mascard. d. concl. 410.* pro nostra sententia stat, sed etiam beneficio limitationum Dd. casus pro nobis simul expressi sint, in quibus sine dubio admittuntur, v. g. in probatione facti antiqui, eorum que difficilis probationis sunt, in possessorio, item: quando testimonium de auditu adminiculatum est aliis fulcris, conjecturis, præsumptionibus. *Nucl. Proc. Jud. Pari. I. c. 61. p. m. 239. seq. conf. Menob. l. 2. Arb. Quest. cas. 475. n. 12.* Calculum autem omnium merentur Farinacū verba, scil. auritam quoque fidem heic admitti, vid. de *Teslib. I. 3. 4. 7. cap. 2. qv. 69. n. 170.*

§. VIII. Monstrat nunc in ordine Sciographia testes publicos. In quibus MAGISTRATUUM, Senatus, Judicium pro cuiusque loci diversitate diverorum autoritas fidem pia alii meretur. Pro his enim, actisque coram eis gestis valida est præsumptio veritatis. *Dn. Lyncker. Resp. IX. n. 92.* Geri autem coram his aque ac coram Dominis oportere contractus de bonis, tūm feudal. & emphyteūticis, tum cencitīcīs omnes pensione obnoxios non solum in alienando

declarat Rescriptum Elector. Job. Georgii I. sub dato 29. Jul. 1652. §.
 Als erklären wir ic. quam etiam in observando ac visitando,
 probè requirunt ordinationes Provincial. e. gr. Gotbana,
 Part. 1. c. 3. tit. 25. Rudelstadiensis Civitatis c. 17. §. 4. Magdebur-
 gensis, cit. cap. 32. vers. So gebiehen wir verb: in Beyseyn de-
 rer Gerichts-Herren. Quare si ex his rei veritas requiratur,
 habebit auctor testimonium publicum, validum, omni exce-
 ptione majus. Neque minima hac in re fides adhibetur
 SCUL TETIS cum horum Assessribus adjunctis, aut Scabi-
 nis, denen Schÿppen à Jure inveniendo aut hauriendo olim
 dictis Land-Recht lib. 1. art. 62. daß sie das Recht oder Urtheil
 finden und schÿppen / item aliis, utpote, denen Heimbürgen/
 Vorstebern der Gemeinde / siquidem his eadem, in *Corpore Ju-
 ris Provincialis* in specie in *Ordin. Civitatum Decurionibus prescri-
 pta* demandata deprehenduntur, quæ supra Magistratui De-
 curionibus Civitatum & Judicibus ex *Ord. Prov. Gotbana* or-
 dinata recensuimus. Conf. de horum officio *Leiser. in f.
 Georg. lib. III. c. V. tit. de pagis.* Qua ex re non minor ipsis fi-
 des attribuenda venit.

§. IX. Succedunt CAMPARII, vulgo, Feldstüßler /
 Speidel, voce hac in primis antiqui *inorci*, alte Bluh-Schüs-
 sen/ die selbst bey allen gewesen / Feld-Wdgte / item: Acker-
 und Wiesen-Wdgte / Seckendorff. in Deutschen Fürsten-Stadt.
 i.e. Horum fides ex munere probanda; muneri ratio ab
 Institutis Romanis petenda est. Munus agrorum cura erat,
 (hac en im tanquam expeditissimum ararii augendi medium
 illustratur à *Casp. Klockio de Aeravio l. 2. c. 1.*) & quidem pri-
 mò, ut recte colatur areturque: postmodum extensum
 quoque fuit ad omnia ruralia bona, & hac ratione ad o-
 mnis generis reditus, hinc & veetigalium, canonum, cen-
 suumque curam simul complectebatur. His igitur, preci-
 piè antiquis, fides detrahenda non est, maxime cum jurati
 esse soleant, vid. *preter alia ordinat. Municip. Würtenberg. iii.*
 von Feldstüßlern. *Dn. à Seckendorff.* de his ita: Hat man ic. zu
 schaffen genug / wo man die Lage finden will/ sonderslich wenn
 etwa

etwa ein alter Fluhr-Schütz gestorben / der sonst anderen die Nachricht gegeben. In addit. des Deutschen Fürsten-Staats ad cap. II. in fin. p. m. 42. Ita ex munere & cura fides est clara. Denique locus assignatus quoque fuit VIRIS TERMINALIBUS, ac Publicis Agrimensoribus, gekhwornen Feldmessen / Steinsezern und Untergängern. De horum officio Myller, in Metropol. cap. 3. De electione facienda Ord. Prov. sapientia adducta Magdeb. De his adhibendis Koppen. Decisi. qv. 44. n. 34. in summar. Quos certè notitiam agrorum exactam habere oportet non tam ratione quantitatis, secundum longitudinem & latitudinem, quam etiam ratione qualitatis, an prædia aut agri Principis sint, an privati, an liberi, an censibus obnoxii &c. Ita enim muneris ratio exigit ; Ita eadem vult, ut in possessione fidei publicæ merito tueantur. Vid. Dn. à Lindenpus. in Comment. ad Ord. Pol. Wurtenberg. De his his plenius agere pro hoc temporis spatio non licet.

CAPUT QUINTUM.

s. I.

Series nostra Sciographiæ nobis nunc Archiva aperit, exhibens INSTRUMENTA. Horum in probando pondus conclamantibus eō omnibus Dd. votis ac vocibus grave, imò gravissimum est, autore Mascardo Concl. 603. Vol. II. E contrario nimis iis detrahit Frider. Martini, pro regula tradens: Ex scripturis Cquod tamen de privatis intellectum retiuntur nec jus censuum, nec titulum, nec qui possessionem ipsius J. censuum probari. in Tr. de J. Censuum c. 7. n. 13. Quemadmodum autem alia natura quasi utque origine munita sunt, alia non : Ita instituimus agere primū de Publicis. Nomen atque autoritatem Instrumenti Publici merere LIBRUM PRINCIPIS, Fürsten-Buch / non puto fore, qui neget. Qui enim Principes utrumque tempus & bellorum & pacis recte gubernare volunt, his curæ est, ut suam Majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus

gibus armatam semper conservent. *Insp. in Præm. Inf. princ.*
 Quare non solum præsipient sibi de ministris, in primis
 questoribus, qui sunt in vita honesti, in officio diligentes,
 quoad facultates locupletes, quoad potentiam medios
 cres, secundum monitum *Regis Angl. Jacob. I. in lib. 2. cap. 10. pag. m. 74.* sed etiam ipsi legendis & considerandis
 rationibus plurimum temporis impendunt, prout de Car.
 V. Historia testantur, imo quod magis est, tales solere propriâ manu conscribere sibi libros, continentes, quantâ sint
 opes publicæ, quantâ private; quot classes, provincias, quot
 tributa, vectigaliaque possideant: Ex Rom. Hist. exemplo
 est Augustus, de quo *Sueton. in vita lib. 2. c. 101. inf. & Tiberius.* Ex recentiori Cosimus Medicus, Italus, cuius libro filius
 perpetuò usus dicitur, referente *Everb. à Weibe in Oratione.*
utrius regni conditio sit melior. Sic recentissimum est exemplum
 Ludovici Senior, Hassia Landgrav. qui redditus anniverarios,
 etiam tenuissimæ præfecturæ consignavit, & in numerato habuit.
 Plura *Werner. lib. I. der Fürstl. Disch-Reden cap. I.* was
 der Fürsten geheime Buch in sich begreissen soll. Fides horum,
 si adfint, uti est illustrissima, ita merito erit efficacissima, evi-
 dentissima.

§. II. Libros CENSUALES præ aliis plurimis para-
 tilliam probationem habere in declarando bono censitu-
 co, nunc videbimus. Libri Censuales, germ. Richtig Steuere
 Register / Erb- und Geschöß-Buch / Besold. b. v. Zins- oder
 Schöß- und Renten-Bücher / Webner. obs. Pr. v. b. Steuere
 Bücher / Steuer-Register / ibid. Erb-Register Franzk. de lau-
 dem. c. IV. quibus censu probatur, vel publici, quatenus aut
 auctoritate publicâ confecti; aut ex archivis præfecturarum,
Berl. Part. 2. decis. 282. desumpti sunt. Privati quatenus a Do-
 minis censu conscripti habentur. De fide & effectu horum
 in probando contra rusticos *Dn. Lynch. Rep. LXXII. n. 8. 9.*
 nunc queritur: Ubi responsio facile auditur, à quibusdam
 & quamplurimis negativa, propterea quoniam (i) plerum-
 que sint ad instar domesticæ testationis, cum ex iis nec de
 tempo-

tempore, nec de personis præsentibus, nec à quo scripti sint intelligatur, hinc deficieatibus aliis adminiculis nil probare arg. l. 5. C. de Prob. (2) Domini hac ratione in propria causa testes fierent l. 10. de tef. (3) qui quis Dominus pro lubitu hisce inferere, eos augere, novaque inducere possit *Carpz.* lib. 1. tit. 7. Resp. 61. n. 12. Tradit tamen *Weberus* voce: *Bücher* n. 11. ex consuetudine Germania probare & pro publicis haberi ex *Crant. conf.* IV. n. 34. 101. 4. addens ex *Molero IV. Se-* meßl. 37. si adminicula habeant. *Pruckm. confil.* n. 262. Vide etiam *Weber voce*: *Erb-Bücher*. Ab aliis affirmativa audiatur magis amplectenda, ita ut plenam mereantur fidem, modo legitime confecti fuerint. *Carpz. d. Resp.* 61. n. 21. Igitur tota res in forma posita est, seu in modo describendi, einer Fluhv-Beschreibung / qualem quidem optavit *Dn. à Seckendorff. in Addit. ad Deutschen Fürsten-Staat* / & ex parte promisit etiam his verbis: Möchte wohl eine bessere und gründlichere Art zu finden seyn / eine Fluhv-Beschreibung einzurichten/ es will sich aber nicht thun lassen / derwegen ich gemeines durch einen guten Freund ic in einen besondern Tractat etwas zu entwerfen / ic. Illa autem forma optimè in famosissima L. 4. pr. ff. de Cens. exprimitur, ubi Ulpianus, si agri in censum referendae sint, requirit: (1) Nomen feudi cuiusque secundum (a) civitatem (b) pagum (c) vicinitatem, scil. quos duos proximos vicinos habeat. (2) Quantitatem ejus sive sit arvum, quot jugera habeat? sive vinea, quot vites? Et sic de aliis. Exactiorem formam commendat modo laudatus *Dn. à Seckend. l.c.* scil. adesto 1) Nomen possessoris, des *Ann.-* wohners Nahmen einer nach den andern. 2) Descriptio feudorum, da bey jedem zu finden/ was er vor Güter habe. 3) Horum quantitas, wie viel Hufen Acker oder Morgen/ 4) qualitas eorum a) ratione situs, neben wem sie liegen/ supra dictum, b) ratione oneris, wenn sie Lehnz oder gültbar sind und dergl. pag. m. 41. Addit citato loco alia monita, omnino observanda, utpote de nomine possessoris ponendo, carpens hunc scribendi modum: Hanß N. hat einen Acker in

E

dem

Dem und dem Felde/ neben Peter N. und George N. gelegen.
ita ratiocinans; Denn wo dieser Hans N. gestorben/ und hat
unmündige Kinder/ die den Acker haben wollen/ verlassen/ die
benannte Anstifter/ Peter und George sind vor langer Zeit etwa
auch todt/ und wo sie noch lebten/ sind sie vielleicht Schäfchen/
die den Acker wohl selbst unter sich schlagen wollten. Vide ibi
plura. Requiruntur insuper ad legitimam Libri Censualis
formam, ut à personis publicis subscriptantur, arg. pr. Inf. de
Emi. Vend. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. solv. vel signo publico mu-
niantur l. 2 ff. derb. alien. non alien.

§. III. Ad formam ulterius requirit Dn. de Lyncker, ut præ-
legantur rusticis Anal. ad Struv. Ex. XXIX. lib. 23. Insuper Carp.
vult, ut in præsentia Notariorum & testium confiantur, accedente
adprobatione subditorum jurat. lib. 1. Resp. 62. hoc enim
qui faciunt, cautos & prudentes vocat Franz. de laudem. c.
IV. n. 31. Porro, si subditi ex conventione propria libris cen-
sus se obstrinxerint d. resp. n. 2. aut de re non magni
momenti seu præjudicii agatur, aut libri sint antiqui, aut
rustici eosdem pro se allegent, aut iis productis non con-
tradicant, quæ singula & plura ibidem videbis. Ita sanè
ad formam publicam confessi Libri Censuales plenissimum
probandi robur habeant necesse est l. 30. 31. C. de Donat. adeò
ut testibus præferantur, l. 10. ff. de Probat. quia superfluum
esset sufficientibus publicis monumentis privata adducere
velle l. c. 31. C. de Donat. & testes etiam facile se subornare
patientur. Haec tenus autem dicta solum partim de origi-
nalibus, non copiis (denen Epeyen) intelligenda sunt secundum
Breslauischen Proefs. Ordnung art. 47. partim de Publicis,
de his enim sermo fuit. Quid autem de his, qui
aut privata sunt, aut ubi publica subditorum adprobatio de-
sit? Ad quam questionem respondemus: eos quidem le-
gem s. Et 10. C. de Probat. suspectos ac nullos in probando
reddere, prout supra c. II. §. VIII. verbotenus L. illam ad-
duximus. Conf. Coppeni Decis. 46. ubi plura notata digna s.
22. seqq. Tamen hoc non obstante, salvari horum fidem
vacil

vacillantem constat, certis observatis requisitis atq; adminiculis, partim usque huc recentis, quum ad meliorem autoritatis publicæ formam ea requiri diximus, & per consequentiam in privatis multo magis necessarii, si fidem habere debeat: partim aliis quibusdam ex observatione Interpp. Juris nunc addendis; Inquiunt enim præter antiquitatem, rei pondus, & consensum eorum, quorum interest, observandum insuper esse, ut (1) hi libri Censuales in Archivo publico custodiati, excue eo prolati proponantur. (2) plures sint uniformes sine conscripti, (3) à probis, honestis, fideique di exarati sint, (4) quædam ad minimum in iis nata aut justificata sint, (5) præscriptio ex iis per præstationem intra sufficiens ad præscribendum temporis spatum colligi queat. *Evolv. Hart. Pistor. obs. 159. Moller. Semestr. I. 4. c. 37. Wessenb. P. 4. cons. 166. Pruckm. l. c. Leifer. J. Georg. lib. III. tit. de operis rusticor. De librorum hoc modo confectorum fide vid. Dn. Lyncker. Resp. LXXII.*

§. IV. Enotande adhuc supersunt duas quæstiones, quarum altera: An hæc adminicula, quæ requiri diximus, Omnia simul & conjunctim adesse debeat? Qui perpendeat hac omnia requisita, insimulque vim ac potestatem autoritatis publicæ in probando & fide, quam præ se fert, circa dubium negative respondebit. Cui merito subscribimus moti unanimi consensu Juris Interpp. Interim tamen non negantes, Judicis prudentis arbitrio hac in re multum tribuendum esse, quin & usus quotidiani, locorum obfervantæ, ac practica quotidiana rationem habendam esse. *Hart. Pistor. cit. obs. 159. n. 2. Coppen. decif. 46. n. 17. sq. Altera Quæstio: Quid probent LL. Censuales? Resp. Dn. Lyncker. probare quidem solutionem, non tamen dominum: imo quandoque facere præsumptionem dominii, Resp. LXXIII. n. 10. seq. Hinc deficeret certè actor hisce fretus, in probatione sua: Sed bona ipsi causa est, triumphet! cum probata solutione, probatum sit dominum. Verum enim est Barboæ axiomæ: Per receptionem census probatur dominium, Axiom. 1049*

Jur. lib. III. c. 17. n. i. ex l. 19. C. de R. V. Brunn. ad l. 20. C. de Agric. Gothof. ad l. c. 19. de R. V. Immo Leiferus, deficiente alia probatione, solutionem census sufficere ad probandum ait, ex iusto titulo impositam per lapsum X. XX. ac potius XXX. & XL. annorum lib. I. c. 18. n. 36. 37. Hart. Pif. lib. 2. tit. 52. O. 2. Moller. 2. Conf. Sax. 40. conf. l. 6. ff. de Usur. & Gothof. ad hanc lit. b. i.

S. V. Libri AESTIMI, aut Catastra de quibus cap. II. §. X. die Saalbucher Beſold. theſ. Pr. b. v. ſuntque illi, qui bus tributa & census poffefforum pro horum fribus ac reditibus aſtimari ſolent, ibique conſignari. ff. de Cens. Carpz. lib. IV. Rep. 73. Reichs-Abschied Ad. 1544. §. doch ſollen ic. ii. Und nemlich ic. Ne autem promiſſi ſupra dati quaſi immemores videamur de Qvæſt: An per Aſtimi aut Extimi Codicem dominium aut poffeffio probetur? reſol- venda, reſpondemus, dividenda hoc loco eſſe (a) an pro- benti (b) an dominium probent. Ad (a) inſervit, regula- riter non probare autore Maſcard. concl. 273. n. i. Iſum tamen limitantem in ſeqq. reſtius ſequimur. Dicit enim non probare, ſcil. contra tertium, ſecus tamen inter personas in iſis comprehenſas l. c. n. 3. maxime ſi conſenſere invicem, ibid. n. 6. 7. adſtipulante Carpz. IV. Rep. 73. ubi: ſubditos ad hunc librum conſentientes ex quaſi Contractu obligatoſi eſſe. Liquet ergo, non mediocre aut leve probationis ſignum eſſe, ſcil. ſi ſint hominiſ privati, imo plenisimè probare, ſi ex Archivo depronatum, aut diu pro publico & avthentico habitum fit, quoniam magna antiquitatis au- toritas eſt, Legis obtinentis vim l. 2. ff. de aqua pluv. arc. Dn. Lyn- eker. Rep. LXXIII. n. 40. aut ſi penes personas egregias (qua- nam ſint?) tradit Ruland. de Commiff. P. 2. lib. 2. c. 5. n. 7. it. Disp. de Privilegiis teſtibus Preſide Magis. Dn. Meiero Erford. ſed. V. §. 9. 10. 11.) ac illuſtres, ut puta Marchiones Maſc. l. c. in ſeqq. reperiantur. Ad (b) reſpond. affirmando de paribus, qua conſenſerunt aſtimo, aut in ipſo deſcripte ſunt, Maſc. concl. 543. n. 1. Licet videantur reſtius pronunciare illi, qui dicunt

1050

23 (37) 20

dicunt facere saltem presumtionem ad favorem illius, ad cuius nomen bona in his descripta deprehenduntur *Decian.* *conf. 418. n. 5.* *Socin. Conf. 89. vol. 1.* aut qui conficiendum in his scripturam curant, *Masc. c. l. n. 4.* Constat enim, scripturam privatam potius contra Autorem, confidentem & scribentem probare *l. 26. ff. Mandat. Carpz. 1. conf. 17. n. 24.* & verisimilis Socini Conclusio nota est: *Aestimum neminem facere dominum Conf. suo 205. n. 5. Vol. 2.* Quam sententiam *de Paff. Tr. de Script. Priv.* quoque adprobat. Sic etiam cum probatione possessionis sese res habet. Fluit ergo ex his, per Aestimum aut Catastrum probari certa ratione census, prout declarat *Mascard. Concl. 280. n. 5.* Idem *Franc. Burfat. Conf. 186. n. 18.* exprimit, quod LL. Aestimi hodie plene credatur, etiam si non sine à publica persona subscripti.

§. VI. Literæ INVESTITURARUM, quæ dari solent de oblata pensione & retento Dominio, Erb- oder Erben-Zins-Brief/ Lehen-Bekätniss/ quando manus mortuæ, in primis Ecclesia, de bonis censiticis possessores eorum veros Dominos & proprietarios scriptura quadam profitentur, hac ferè clausula: hierwider zu bekennen ic. bekenniger Herr seyn ac. Leop. Alb. Schoppius, (*Conf. quondam Magdeb.*) in *Tr. suo de Allodiis.* Pro quorum deinceps renovatione solvit annua pensio, Erb-Zins. Idem l. c. Nam & bona censitica multis in locis recognoscuntur *Conf. El. Part. II. conf. 39. def. 4.* ut proinde eo feliciter questioni: An bona in dubio potius censitica, an emphytectica presumenda sint? satisfieri queat, de qua infra latius. Ceterum adnotandum ex *Dn. Lynk. Responso 132.* quod in feudis censiticis non requirantur tales literæ, quin etiam in feudis majoribus Vasallii ejusmodi literas sibi non procurarint, falvo tamen, farto te- & toque jure suo, quod habent. Huc pertinent ejus verba haec: daß in dergleichen geringen Lehen keine Lehen-Briefe ausgesertigt/ sondern blos denen neuen Besitzern selbige zu geschrieben werden. vid. n. 12. addit etiam: Ex receptione census presumptionem investitura firmam nasci, n. 13. IN-

E 3

FOR-



FORMATIONES feudorum, Lehens-informationes porrò sequuntur, ex quibus pariter fontes probationum deduci possunt. Ejusmodi aliquam ultimus linea Guelpherbytanæ Ducalis Frider. Ulricus de anno 1628. edidit, Schoppia Tr. f. feud. ad quas non minus quam ex literis investiturarum, si nobiles cum bonis censiticis infеudentur, toties recurrendum, quoties aliunde probatio non suppetit, prout nuper solâ earum productione Nobilis quidam Censuarium contumacem & per plures annos præstanda denegantem Judicis sententiâ condemnatum vidit, & hac ratione obtinuit. Pertinent etiam hic TESTIMONIA, quæ ex more & consuetudine quorundam locorum dari solent, si liberi homines proprietatem bonorum suorum Ecclesiarum vel Præfecturae feudali offerant, ut censu anno constituto eadem ab iis iterum recognoscant, cuius formulam sepè laudatus Schoppius exhibit: Bekenne ihm solches Krafft dieses Briefes dieser Gestalt und also / daß die N. und ihre Erben nun fürbas vor sich und ihre Erben geniesen und gebrauchen mögen / wie Erb-Zins-Guth Recht und Gewohnheit ist / doch daß sie unsern Closter davon jährlich auf St. Martini 4. Schäffel zum Erb-Zins geben und reichen. & sic porrò. Tale Diploma exhibit Leiser. f. Georg. Lib. 1. c. 18. n. 30. Quod Lehmann ita effert: Wenn freye Leute ihre Haab und Güther einer Kirchen geschenkt / und solche um einen gewissen jährlichen Zins wieder auf ihre Erben zu Leben empfangen. Chron. Spirens. lib. 2. c. 44. Non multum differre ab iis videntur Literæ PRÆSENTATIONIS, die Ausfrages Briefe / quando quis alodium suum ex devotione Domino suo territorii in censum offert, ut Dominus hunc, quem presentat offerens, tanquam futurum possessorem, accipiat. ab eo centum expedit, inque rei memoriam literas expediatur, hacceque ratione confirmet. Atta publ. verbo: Ausfrages Briefe anno 1338. Ulterius referantur hic Instrumenta aut LL. ANTIQUI, Flahr. Bücher. Hi videntur se distinguere in liberos 1) quatenus de certis limitibus ac terminis agrorum, Flahr. Beij.

Bezirke und Gränzen / it Weichbild / March / Zwing / Banni
Gryph. Tr. de Weichbild Sax. c. i. & ita de quantitate disponunt
Leisero. J. Georg. lib. III. c. V. n. 49. seq. c. VI. n. 19. seq. 2) quatenus agrorum qualitatem i. e. nomen in hoc vel illo agro possessoris describunt. Commendantur à *Leisero cit. l. eō casu*, si forte dominum vel possessio hujus illiusve agri à vicino vel alio dubia reddatur, ut hac ratione ex inspectione tabb. constare possit, quis olim dominus vel possessor ejus fuerit. Hinc nullum supereft dubium, quin Libri hi, sive Descriptiones agrorum plenè probent, quoties ritè conficiantur, omnia de agris, eorumque possessoribus ac Dominis gesta eis diligenter inserantur, alienationes extra distritum rescindantur, nunquam sine consensu Superioris permittantur, de quibus late *Knichen de Jur. territ. passim. Befold. thes. Pr. Contin. voce: Fluhys Recht*, ubi plura. Scultetis etiam vi officii convenit inter alia, ut observent, quo incola Domini operas, decimas, aliaque, quæ debent, præstent. Vid. enumerationem officii Sculteti in *Leisero cap. V. lib. V. p. m. 458.* Ex quo horum, maxime si Jurisdic̄tio ipsis simul concessa sit, quoque scripturæ, cum frequentissime his simul instruēta sint, & confidere annotando singula teneantur, in probationem censuum adhiberi poterunt.

§. VII. Non minus etiam in casibus dubiis conficiendum est ad PROTOCOLLA Judicialia, Lehens-Protocolla, *Dn. Lynck. Rep. 132. n. 12. REGISTRATURAS*, Renovaturas vel Archiva. Cum enim conficiantur ad perpetuam rei instructionem, jurium, maxime, regalium privilegiorum, Reservaten / Hoheiten/ Regalien und Freyheiten / item: bonorum, eorumque proventuum, Cammer Sachen / Renten/ Gult/ Zins/ Getreyd w. memoriam, Wehner. *Obs. Pr. voce: Registratur/ non est dubium, quin ex hujusmodi instrumentis ac scripturis, Brieflichen und schriftlichen Uthfunden/* is cuius interesse subeft, aut jus periclitatur, fese inde informare, percipere ac cognoscere queat, quale jus, quantum commodum in hac vel illa re habeat *Befold. b. v. aus einen*

Suum

Summarischen Bericht Herrn von Naningen wegen derer Registraturen no. 3. Prout etiam distinctionem prædi censitici à feudali ex Protocollo judiciali colligit Dn. Lyncker. in Resp. 132. n. s. seg. conf. Leifer. J. Georg. I. c. 18. Modo Jurium Privilegiorumque Domini current, ut fideliter & sollicite singula eō reponantur, congerantur, imo attendant, daß alle 10. oder 12. Jahr die Biß Gultz Lager, oder dergleichen Bücher propter nova nomina & mutatos possessores bonorum renovaret werden. Webner. l. c. p. m. 403. a. His observatis hi libri cunctorum fortuna ac securitas esse solent, unde omnium Jurium aetuumque præteritorum notitiae desumantur, Speidel. b. v. contra neglectis his, plurimorum Dominorum jura ob solum sedula Registraturæ defectum, quem multi hodie cum clamno sentiunt, periclitantur, intereunt. Vid. supra cit. Lindenspur über die Fürstl. Wittenbergische Landes-Ordnung fol. 35. De horum fide Webner. sing. obs. Cent. 1. obs. 8. von Aten/ und Richtl. Händeln. Denique superfunt pauca de Instrumentis Transactionum, Vergleiche/ Verträge/ Recesse. Talia si ad requisita fuerint confecta, vide Gail. obs. 70. n. 12. Rechtmäßige und gültige Vergleiche sint. Speidel. voce: Vertrag probant omnem causam, quam continent tanquam dubiam ante initam transactionem: Quid verò, si desint requista? Respond. Gail. obs. 71. Menoch. de Pref. qu. 77. n. 14. etiam probare propter præsumptionem solennitatum extrinsecarum, & antiquitatem. Quæritur autem maximè quoad probationem nostram, si falsa & prætentia causa adparens postmodum occasionem transactioni dederit? Tunc respondendum cum Menochio est: Falsa causa, falsa transactio. Conf. 439. n. 49. Alia Quæstio: An possessor transfigens dubium faciat alicujus dissidentia? Quod negat Speidel. voce: Vergleich p. m. 1290. Tantum de Instrumentis Publicis.

S. VIII. Inter Instrumenta, quatenus ad probationem censuum adhiberi debeant, propter insignem usum haut immerito principem simul obtinere locum debent APOCHÆ, de quibus Carpz. Part. IV. consl. XLI. & Besold, voce: Handlohn

Lohn p. m. 361. atque ANTAPOCHE, quæ in primis si-
bi pondus aliquod in redditibus annuis, pensionibus emphy-
teuticis attribuiunt, cur non pari ratione in censibus pro-
bandis? Ita enim describuntur, quod sint instrumenta solu-
tionis, censuaria probantia debitum in futurum. *Car. Molin.*
de commerciis & usuris qv. 10. n. 208. vel plenius ita: quibus de-
bitor probat, a se redditus, pensiones, seu prestationes so-
lutas debitas esse. Ejus formulam exprimit *Cujacius in Co-*
menc. tit. Cod. de fide instrum. talem: Ego N. fateor, me N.
die N. tot solvisse annui redditus nomine, quem debeo ob
fundum vel possessionem illius, hujusve prædii. Eandem
refert etiam *Gotbfr. ad l. 19. C. de fide instrum.* Expeditum i-
gitur est, locum ejus in probando prædio censitico omnino
dari *Carpz. P. II. conf. 11. def. 7.* Quarum tamen Dd. de A-
pochis: num ex Apocha privata creditoris manu conscripta
specimen probationis pro scribente producatur? Negativam
cum aliis amplectimur; Ratio, tum quia in propria causa
nemo sibi idoneus testis ipse esse posit *l. 10. ff. de ref. Me-*
noch. conf. 260. n. tum quoniam nemo sibi Judex esse aut
testimonium ferre queat, *l. un. C. ne quis in sua causa instrum.*
fac. l. 15. pr. ad l. Corn. de falsis, ubi & Notarii Instrumentum
in propria causa nullum pronunciatur. vide plures casus in
Masc. Concl. 109. seqq. Menoch. conf. 703. Valet autem, si aut
subscriptio debitoris accesserit, de *Pass. de script. Priv. lib. II.*
qv. 8. p. m. 157. seqq. aut testes saltem duo ad sint, qui vide-
rint Apocham confici *Masc. Concl. 110. n. 4.* aut consuetudo
vigeat, ut iis creditur *Jd. concl. III. n. 12.* Simili ratione se-
sse res habet cum Antapochis *cit. Nic. de Pass. pag. 112. seqq.*
Hoc adhuc adnotandum, solam subscriptionem privatam
non obligare, si dixerit subscribens, se scientiam eorum,
quæ scripta sunt, nullam habuisse, *Dn. Lynck. in Anal. ad*
Siruv. Synt. J. C. Ex. 28. Q. 24. aut contenta in Apocha, *et*
se quidem subscripta, non esse vera, *Mascard. Concl. 109. n. 8.*
Probat tamen eriam sine subscriptione, si in Archivo publ. illa
reperiatur *Idem Concl. III. n. 9. Dn. Lynck. in Anal. ad Struv. l.c. tb. 23.*

§. IX. Non nihil adferunt etiam ad probandos census
Libri RATIONUM, Rechnung und Haush. Bücher / Einnah-
men und Ausgaben. Casus ad horum usum, vimque proban-
di

di indagandam sequens, cuius adhuc sub Judge lis est, h. l. ponatur: Moritur Sejus anno etatis 87. cuius heredes in ejus Rationum Codici MSc. reperiunt plures praestationes censuales consignatas, quas, quoties accepit defunctus, toties adnotavit, quod ita facte conservaverat ab anno etat. 25 usque 61. sub cuius auspicio, cum ille castra denuo sequeretur, arripuit censitus occasionem nil solvendi, id quod fine ulla interpellatione feliciter ipsi ac quiete cessit, nemine existente, qui census aut sciret, aut urgeret. Quo mortuo adeentes heredes filiae hereditatem inter alia ex bujus rationario certiores de censu debitore, loco, tempore ac die fiunt. Nunc quæstio orta: An ex hoc rationario solo (aliis deficientibus adminiculis, quæ enim si adessent, plenè illud probaret Nic. de Paff. de Script. Priv. lib. 2. p. 303. n. 26.) possint agere heredes sub fiducia fundata actionis, ac victoria spe? Nudè id non videtur affirmandum, sed pro facilitiori responsonis formatione & intelligentia, potius distinguendum inter LL. rationum Privatorum est, quatenus hotum compilatores vel in vivis adhuc sint, & ipsi intendant exinde agere, vel quatenus defuncti sint, horumque heredes ex illis actionem instituere velint. Priori casu contra aper-tissimas Juris Regulas contendet, quisvis affirmativam fuscipere auderet. Impie sane is committeret in Imp. Gallienum, rescribentem: Exemplo perniciosum est, ut ei scriptura creditur, quâ unusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit. l. 7. C. de prob. conf. l. 2. & fin. C. de conven. fide. debitor. c. 2. X. de fide Instrum. Posteriori casu nunquam dubitabant Jurium Interpp. quin plures, si non omnes, affirmativa subscriberent, maxime si de libro Ration. defuncti, ceu Viri, quoad viveret, honesti, probi ac bona fama quarebantur. Hinc eorum unanimis conclusio: Libro Rat. defuncti majorem fidem adhibendam esse, quam viventis, idque ex his rationibus: Quia a) animus defuncti non presumitur corruptus, nec ita corrumpi potest, sicuti viventis Vi-vius Decis. 114. n. 11. b) quia mors scribentis auget, fidem libri sui Dec. in l. 1. Cod. de edendo, adeò ut nec Juramento opus sit. c) quia mors Juramenti vim habeat Steph. Gratian. dec.

94. n. 10. Hipp. Rimini. Conf. 665. n. 6. Quibus accedunt quoque Canonista omnes in d. cap X. de fide Instrum.

§. X. Huc ex consilio Leiferi, saepius laudati, pertinent etiam REVERSALES Littera, sive Reversa quas commendat ille in *J. suo Georgico lib. I. c. XV.* quoties probatio rei emphytevticæ haberi nequeat, ita inquiens: Optima videtur probatio rei Emphytevticæ, ut, quando Domini recipiunt emphytevtas, agant cum ipsis, ut per Instrumentum, durch einen Reversi recognoscant, rem emphytevticam esse, & in eodem signent, quidnam receperint, & quid pro canone singulis annis solvere aut praefare Domino debeant. Quem probandi modum à cautis Dominis hodie passim observari addit *ibidem*. Tales quoque sub nomine Catalogi feudalis Electorem Moguntinum à Vasallis suis comminando exigisse refert *Klock. Vol. II. Conf. XXX. n. 1. - 6.* Et nomen hoc Reversus vulgo competitissime Schedulis incisis, aut bacillis fissis, denen Kerffs oder Kerb-Hölzern / ausgeschnittenen Kerb-Zetteln tradit *Besold. thes. Pr. Continuator Dierberus lit. X. n. 15.* De origine horum, forma & modo consciendi consuli etiam *Webner. post. Obs. Pratt. b. voce.* Vis horum in probando magna esse fertur, adeo ut negans juramento obstringi queat *arg. l. 26. apof. l. 24. ff. de Probat.* modò utriusque partis, rusticorum videlicet & Domini conventione mutua confecti, *Carpz. P. 2. conf. 4. def. 7.* & approbati fuerint *Webner. l. c. pag. 313.* Tunc enim inter impropria & quasi Instrumenta relati effectum cum propriis *Moller. 4. Semestr. c. 27. n. 3.* imò paratam executionem habent *Ummius. Proc. p. 928.* in iis maximè locis, ubi frequenti in usu sunt, nam facit talis consuetudo, ut censeantur esse publicæ, & plenè probare, cum consuetudo posit probationem invalidam reddere validam. Vide *Webner. Obs. Pr. b. v. p. m. 313.* quam sententiam autoratibus, itemque præjudiciis Camaralibus ibidem confirmat. Detrahunt horum fidei nonnulli teste *Dietherr. & Webnero l. s.* & *Besold. b. v. p. m. 457.* *Berlichius* quoque semiplenè tantum probare illos opinatur *I. Conclus. 36. n. 113.* Diximus, tum Reversales tūm etiam schedula ac tesserae fissa in emphytevticis probare; hinc consequenter etiam in censualibus, cum ob paritatem & connexitatem rei idem judicium de uno, quod

de alio est, admittendum fit, *Mafcard. concl. 603. n. 8.* Sicut ibidem Autor census vocabulo pro canone promiscue usurpat, prout cuivis lecturo facile patebit.

§. XI. Circa Instrumenta tanquam II. Sciagraphia nostra membrum in probatione ~~arx~~ ordinaria observatum fuit, quod illa teneantur penes partem vel utramque, & tunc res bene, & probatio optime se habet; vel penes alterutram? Quo casu queritur, an pars, cui interest instrumenta censualia edi, ad exhibendum experiri possit? Ubi respondetur. Actorem indistincte teneri. *Carpz. l. 3. resp. 73. n. 1.* An vero & Reus cogi potest? Etiam respondemus affirmando, (licet regulariter negetur *Schuz. ad LB. tit. de Edend.*) non solum, quia justa hoc loco causa subesse videtur, siquidem hoc eveniente casu recte recurri posse ad eas causas, quas *Carpz. c. l. n. 16-24.* tanquam sufficienes tradit, certum est, sed etiam, quia ex Jure feudalii constat, quod cogi possit Vasallus sub pena amisionis, ut professionem rerum faciat, *Klock. Conf. XXX. n. 15. Vol. II.* Similiter in Emphytevticis receptum est. *Valase. de Jur. emphyt. q. 8. n. 2.* ait, si Vasallus nolit ostendere possessiones, & confines rerum Emphytevticorum, item & instrumenta rerum feudalium, eum adigi posse sub expulsionis pena *Klock. l. c. n. 16. 17. Befold. ib. Pr. voce: Zinsfischen/ p. m. 1029.* Sic ad Jura Censitica à Jure simul feudali & emphytevтиco aliquando concludendum esse, cum particolare deficiat, non male forte asseritur arg. illorum qua tradit *Struv. J. feud. cap. 1. tb. 14.* De tertio aliquo, an ad edendum obligatus sit, parum nunc solliciti erimus. Applicatio facile ex *Schuz. ad LB. l. cit. supr.* facienda erit. Ceterum salutaris est Dd. admonitus, ut cauti sint Emphytevtiae in asservandis instrumentis emphytevticis, quia eis aenissis jus eorum pericitaretur per l. fin. verb. forte *emphytevtes C. de J. emphyt.* *Speidel. voce: Erb-Zins-Güter. Seach. Coll. Pr. ad tit. Loc. Cond. p. m. 185.* *Mafc. Concl. 603. n. 1.*

§. XII. Inter Probandi species ~~arx~~ tertio loco JURAMENTA comprehenduntur. In facienda applicatione ad censualem probationem questionem moveamus: An Juramentum de amissione Instrumentorum admittatur, & an probetur? Existimantur admetti debere, & probare, si allegans ea ipse amiserit, sec. *Gail. Obs. 48. n. 24.* Quid vero, si non ipse amiserit? Et resp: non admittendum tam esse, siquidem probaret hac ratione factum alienum *Mafc. de Prob. concl. 88.*

n. 5.

n. 5. ubi etiam limitatur negotio v. g. in re modici præjudicij &c. n. 6. seqq. In specie verò quod secundum exarrationem §. XI. cap. II. ad ea attinet, videndum est de Jure Calumniæ, Malitia, Veritatis ac Credulitatis. Scindendum tamen est, quod uti de Jure communii in causis civilibus ea pro necessitate ac varierate negotiorum adlibentur, maxime, cum aut auctor alii probationibus destitutus, aut liti citius extricari cupiat, Stryck. *Intro. ad Prax. c. XX.* §. 1. Ita eorum quoque applicatio in p. obandis censibus pari modo procedat, necesse sit. Exemplis datis in causa praesenti addatur quoque tertium: An Dominus, ex præsumto aliquo titulo talis, vi hujus juramenti dejectus a possestione? Et resp: affirmando ex l. 46. 47. ff. de R. V. Schub. ad Lanterb. tit. de in lit. jurando.

§. XIII. Quarto loco CONFESSIONIO PARTIS pars aut species Probationis inartificialis. De hujus requisitis neque supra neque heic commoda tractandi ratio est, sed solum de usu & applicatione. Certum est per Prædictorum commune elogium: Ese illam probationem probatam, alii veriorem, ac potentiorem *Mafc. de Prob. Vol. I. q. 6. VII. n. 4.* Utadeò testibus, instrumentisque præferantur ibid. Stryck. *Intro. ad Prax. c. XVII.* Et sane, si in illa re vis, effectus, ac necessitas ejus resipienda veniat, profectò est in probandis censibus; ubi enim magis quis de titulari probationibus, quam in his? ubi maximè desiderantur instrumenta, testes, aut difficultas Juramentorum, quam in iisdem? Illustræ, Nobiles ac plebei Domini in plurimis Regionibus, Præfecturis, vicis ac pagis, metuunt periculum censuum suorum, dum quidem de præstatione constet, non autem libri extent, jura titulosque indicantes. Eò igitur plurimos, qui sarta sua jura testaque servare cupiunt, animum operamque intendere oportet, ut per Confessionem censuriorum jura sua fundent. Quod sane, præseri si quis totum districtum terra censibus obnoxium sibi habeat, desperatus labor est, testantibus illis, qui negotiis hisce interfueri. De modo elicendi hanc Confessionem, acceptandi, & confignandi, v. g. à Notario, vel in præfentia hujus, & testimoniis, non vacat nunc dicere, neque nostri instituti est. Sola hæc Quæstio addatur: An probatio Census per Confessionem tertii scil. vendoris efficiatur? Resp. affirmando *Mafc. de Prob. Vol. concl. 280.* qui tamen etiam alia præter Confessionem vendoris ut concurrent, requirit.

§. XIV. Ultimo loco OCULARIS INSPECTIO conspicitur. Cujus applicatio licet in finibus terminis, agrisque judicandi adlibeat, hoc loco ope laternæ ascensæ querenda quasi estet. Illi enim corpore suo, qualitate ac quantitate constant: Jus autem census in re consistit, non materiali, sed formalis, non naturali, sed civili, hoc est, ut *Instit.* nostræ eleganter efferunt, quod ita in Jure consistere dicitur. Heus quæsi! quale hoc plurimis fuit? quam biceps ac multiforme monstrum nonnullis adparuit? Non credo, Bartole, Reverende Sacerdos Justitiae, te bona pace passurum, ut dicatur esse id Ideæ Platonicas, seu notiones quadam & intelligencies, prout *Equin. Baro Galus, in Tr. de J. Rer. dormitavit* aut esse Enia rationis, uti *Aristotelici somniant, seu talia, que solum à Jure fingantur, & esse intelligantur, revera non sint,* secundum *Doneh. 5. Comment. 1. Vulci. & VV. senb. b. 1. n. 2.* Sed potius hæc tua, Dive Bartole, sententia est, in Jure consistere esse, quod, cum nullum habeat corpus, nec tactu nec alio

quodam sensu corporeo, sed solo intellectu percipi debeat. *Job. Faber ad Ins. s. de Rer. Dis. Bachob. ibid. n. 3.* aut quod nemine cogitante per dispositionem Juris sive civiliter esse dicatur *Hahn ad VVeserb. de Rer. dis. n. 4. Strub. Ex. III. tb. 8.* Frustra ergo de usu & applicatione Inspectionis ocularis ad census laborabimus. D^r Compromissio insimul, etiam de Commissariis, hoc, quod supra dictum fuit, repetitum volumus, & plura proferre studio supersedemus, non negantes, horum beneficia etiam in probandis censibus utilia esse, eaque pro varietate personarum, diversitate circumstantiarum, & qualitate causarum quam commodissime adhiberi posse, quandoquidem ea prudentis caudicis officio tuis relinquentur.

s. XV. Probationem *dis. 25* ordinariam, sequitur illa, qua extra ordinem est, puta DEMONSTRATIO, seu Ostensio. Circa hanc movetur Quæst: An hæc in probando censu locum sibi vindicare queat? Communiter dicunt Dd. in primis Prædicti, non obtinere illam in actione negatoria utili, hanc ob causam, quia earum fundamentum sol libertas sit, adeoque, cum pro illa regulariter militet Juris presumtum, nullam injungendam probationem esse cum potius afferant probatio injungenda veniat, *Swendendorff. ad Proc. Fibig. Fibig. Cap. II. §. XV. n. 265.* ubi simul pronunciandi modus. Concedunt tamen ejus injunctionem in actionibus negatoriorum directis, ubi jus prohibendi à libertate, libertas autem dependet à rei dominio, cuius demonstratio tunc requiriatur *Pr. Fib. l.c. Barbo. Axiom. Jurid. cap. 17. n. 7.* In nostro autem casu, cum Dominus velit adversus Censuarium agere, hic (Censuarus) negaret censem, queritur, cui probatio incumbit? videtur Censuario, qui in libertate se fundat. Quod tamen non videtur, sicut Domino incumbit probatio, quando subditi negatoriam instituant, probante *Dn. Lynch. Resp. 113. n. 91.* Sufficere tamen ait *Carpz. I. Resp. 67. n. 8.* si actor dominum rei demonstret, cuius quippe probatio talis tunc admittitur *Carpz. l.c. ex (Schneidewin.) Harpprecht. §. 2. n. 35. Ins. de action. quin & hoc casu probatio adeo rigide exigenda non sit, cum multis sit favor in injuncta nuda ostensione. Carpz. Proc. tit. XIII. art. 1. n. 209.* Quod confirmat *Dn. Lynch. præjudicio aliquo in Resp. 113. p. m. 743. & n. 60. p. 750.* & alias causas pensionum pro prediis, annuorumque reddituum, ac solutionis censuum ad summarias referri Dd. afferunt, v. *Martin. Proc. in Rubr. Proc. Ord. Sax. n. 98. Carpz. Lib. I. Resp. 76. n. 8.* Et hactenus de Demonstratione in specie tali, de qua occasio opportunitior plura proferendi dabitus in tractatione de Reprobatione sub consideratione Contra-Demonstrationis.

CAPUT SEXTUM.

s. I.

Extræmæ Sciographiæ nostræ attingenda superfunt, Continentia PRÆSUMTIVAM Probationem, modum scil. probandi *dis. 25* sive artificialium, prout diximus cap. II. b. IV. Præsumptionis igitur usus à b. Strykio tanquam utilissimum commendatus in *Introd. ad Pr. for.* hoc consilio, ut Advocati ex Menochii Tr. de Præsumptionibus diligenter sese in partibus tenuerint informent, *vid. cap. XVII. §. 3.* in omnibus quidem causis, ac negotiis in Judi-

Judicium deducendis aberimus conficitur. Favent enim præsumtiones & conjectura in eō, quod onus probandi in adverfarium transferant *Carpz.* *Resp.* 67. lib. I. *Menoch.* *conf.* 112. s. n. 13. Transferunt autem, quatenus su-
muntur de præsenti ad præteritum, idem *Conf.* 378. n. 74. atque ex adpar-
tentibus concludunt *Id.* *conf.* 438. n. 3. Adparentia sunt POSSESSIO ejusque
favor *I.* 154. de *R. Jur.* Favor præsumit respectu ejus, qui habet titulum, pos-
sideret ipsum ex illo titulo *Dn. Lynch.* *Resp.* II. n. 215. Titulus bonam fidem
indicit *Menoch.* *conf.* 1257. n. 2. sive verus sit sive putativus *Id. conf.* 641. n.
3. 4. 6. Ergo titulus & bona fides justam possessionem præsumunt, imo se-
curitatem plenissimam tribuunt *Id. conf.* 312. n. 59. 60. Primum itaque Præ-
sumptionis fundamentum est Possessio, cuius divisio in antiquam & novam
hoc loco attendenda quoque est. Præsumit tituli pro antiqua, tanquam
Jaris conjectura pro evidenti merito probatione habetur *Menoch.* *conf.* 204.
n. 73. cum constet, præsumtiones & conjecturas sufficere in antiquissimis,
qua difficilern probationem habent, *Idem conf.* 241. n. 21. it. 612. n. 6. Hinc
possessor temporis immemorialis rectè præscribit, cum talis præscriptio pro
veritate habeatur, (vix enim legis imo privilegii & concessio*nis* *I.* 3. §. 4. ff.
de aqua, cot. & cibis. *Dn. Lynch.* *Reffon.* XXV. 6. veteritas dudum obtinuit
I. 1. & fin. ff. de aqua, plu*s*, arc. *Dn. Lynch.* *Resp.* IX. n. 60.) & inducat præ-
sumptionem Juri & de Jure, habeatque vim tituli, pa*ci* & confessus *Carpz.*
III. Resp. 95. n. 18. & *Dn. Lynch.* *Resp.* 98. 2. titulus aut bona fides sive ad-
sit sive non *Dn. Lynch.* *Resp.* XXV. n. 22. II. n. 197. 114. hoc enim casu non
impedit illam, cum partim non requiratur *Menoch.* *I.* c. n. 69. & 95. partim
præsumatur, ut dictum, sive validus sit sive non *Idem conf.* 39. n. 62. Consul-
tius tamen præstat *Dn. Lyncker*, ut Possessor, ex titulo nullo vel invalido pos-
sideret, nullum potius titulum allegat *Resp.* II. n. 214. seg. Pro nova posse-
sione & possesso quantum Præsumptio tituli valeat, ex Interpp. doctrina li-
quet, scil. cum sit de tempore, cuius memoria extare potest, eam favere
quidem possessori, ita ut ab onere probandi immunem eundem servet, *Me-*
noch. *Conf.* 125. n. 13. non tamen impedit probationem in contrarium, ut
potius tollatur obveniente clariore probatione *Menoch.* *conf.* 706. n. 18. aut
efficiore præsumtione tituli *Id. conf.* 927. Præscriptio autem tuu*m* demum
locum vindicare sibi poterit, cum vel per X. vel XX. annos continuata pos-
satio, sit & tituli præsumptio probatione aut præsumtione contraria elidi ne-
queat, prout nunc satis constare debet.

5. II. Alter præsumptivus probandi modus à SOLUTIONE census petitur.
An census annuus solutus præsumatur, de quo *Msc. de Prob.* *conf.* 297. n.
9. non querimus: supponimus enim, reverā solutum illum sūisse. Sed hoc
quer&: An per solutionem census præsumatur prædiu*m* aliquod censiticum?
Et omnino responderi debet, præsumi, si probetur per actorem, formaliter
se possedisse tanquam censuarium, eoque nomine censum tot annos soluisse;
imo tanta haec est præsumptio, ut sola sufficiat, ad obtinendum in possessio-
ne, ut cau*m* idoneam ac specificam hujus allegare necesse minimè sit.
Msc. de Prob. *Conf.* 279. n. 12. 13. Præsumitus & probatur ita bonum Cen-

titicum

sticium per solutionem census; sed quaritur: an etiam per solutionem laudemii? Negatur: Solutio enim hujus ad introducendam seu presumendum uti emphytevum, ita & predium censiticum non sufficit. *Befold. thes. Pr. voce: Hand. Lohn/ in super laudemii prestatio res mera facultatis est, quæ prescribi nequit.* *Carpz. P. 2. conf. 2. def. 2.* Hoc vero in quaestione est: An per errorem rem propriam recognoscens, censemque solvens, presumptione aliqua fortiori predium suum obnoxium reddat? Negatur, adeo ut, licet ad antiquum instrumentum se feruerit, ex quo tamen postea contrarium adparuit, tamen sibi non præjudicet. *Menoch. Presumt. Conf. 36. n. 94. seqq.* ubi plura. Datur circa census alia quaestio, non minus Interpp. Juris laboriosa: An in dubio præsumatur potius concessio censualis, quam emphytevica? Putat Leiferus in *J. Georg. lib. I. cap. 15. n. probationem concessionis Emphytevicae deberi ac possi probari per qualitatem solutionis canonis, scil. ut qualis fuerit canon, talis etiam præcesserit concessio;* Aliex Præsumtiones concludunt, prout *Mynsing. obs. XXV. Cent. V. rubr.* Quamlibet rem in dubio censeri liberam & allodium. Cui addiupulantur *Gail. II. obs. 69. n. 4. Mafcard. de Prob. concl. 281. & Mensch. de Præf. conf. 85. n. 51. 636. n. 15.* Dicunt enim Dd. prævalere presumptionem minus nocentem, & ad libertatem inclinantem debere. De argumentatione à Præsumtione ad Prescriptionem bonorum Censiticorum separatum denuò agere, superfluum & molestem fore, cum facile applicatio sequatur. Referamus interior nos ad *Carpz. P. 2. conf. 2. ob jährliche Zinsen und Pfächte ganz und gar können præscribiret oder weijápre werden;* ubi de prescriptione in foro Saxon. in foro vero Civili, an præscriptione ius censuarum amittatur vide *Renn. Jurisp. Rom. Germ. Membr. 2. Dlipp. 59. lib. 21. lit. a.* Ceterum unicum addemus *Dn. Lynckeri monitum in simili materia ab eo datum & utilissimum: ne, qui præscriptione nisi potest, ad presumptionem inconsultò configiat vid. Resp. LXII. n. 32.*

§. III. Tertius allatus præsumtivus modus est FAMA, opinio fulgi, judiciumque hominum. Imò cum dicatur, famam in antiquis probare, *Menoch. Præf. conf. 21. n. 16. & conf. 191.* cur non multo magis fama præsumtionem inducere poterit? Est hæc aurita fides, quæ, uti in litibus finium, agrorum & confinium admittitur, merito etiam in Censiticis, maxime antiquis, adhiberi debet. *Diether. in Cont. Bef. lit. T. n. 13. Menoch. c. l. n. 91. & in seqq. plura.* Sic referit *Dn. Lynch.* famam, vel solam, Dominium probare in *Resp. 113. n. 80.* Sed difficeret spatium, nisi scriberem: Tantum!

§. IV. Piget vero, B. L. quod prater omnem spem atque expectationem nunc impediatur, quo minus possum promissio titulo per omnia satisfacere. Desiderabitus enim Tractatio de Reprobatione. Quæ, cum plura & difficilliora, quam haecenus, continent; nolimus molli, ut aijant, braccio eam unà absolvare. Expectabis igitur illud futuro, DEO dante, tempore, & forte proximo, eandemque habebis ad auctam aliis, quæ tradita jam hac elaboratione prelò, demum obvenierunt v. g. de Calendariis, denen Schreib. Calendern / quorum usus tam in Judiciis, quam domi quotidianus apprehenditur, it. de Schedulis Ratio- nario insertis & simil. Boni igitur præsens hoc, qualecumque sit, consulas, deque futuro non dubites. Vale & respice

F I N E M.

Gfawke, Diss., 1711/12

ULB Halle
004 171 527

3




SLR

vocandam. Et quoniam dicitur



B.I.G.		Black	
Centimetres	Inches	f. de bolus	
8			
7			
6			
5			
4			
3			
2			
1			
0			
1	1		
2	2		
3	3		
4	4		
5	5		
6	6		
7	7		
8	8		
9	9		
10	10		
11	11		
12	12		
13	13		
14	14		
15	15		
16	16		
17	17		
18	18		
19	19		
20	20		
21	21		
22	22		
23	23		
24	24		
25	25		
26	26		
27	27		
28	28		
29	29		
30	30		
31	31		
32	32		
33	33		
34	34		
35	35		
36	36		
37	37		
38	38		
39	39		
40	40		
41	41		
42	42		
43	43		
44	44		
45	45		
46	46		
47	47		
48	48		
49	49		
50	50		
51	51		
52	52		
53	53		
54	54		
55	55		
56	56		
57	57		
58	58		
59	59		
60	60		
61	61		
62	62		
63	63		
64	64		
65	65		
66	66		
67	67		
68	68		
69	69		
70	70		
71	71		
72	72		
73	73		
74	74		
75	75		
76	76		
77	77		
78	78		
79	79		
80	80		
81	81		
82	82		
83	83		
84	84		
85	85		
86	86		
87	87		
88	88		
89	89		
90	90		
91	91		
92	92		
93	93		
94	94		
95	95		
96	96		
97	97		
98	98		
99	99		
100	100		

Farbkarte #13



I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JURIDICA
SISTENS
**PROBATIONEM
ET REPROBATIONEM**
BONORUM CENSITICORUM,
VULGO
Sins: oder Srb: Sins: Büffer.
QUAM
RECTORE ERFORDIENSIS ACADEMIAE
MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO
PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,
SACRAE CÆSAREÆ ATQUE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO IN.
TIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarum, MOGUNTINÆ ET TRE-
VIRENS CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE SUPREMO CHORI-
EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONS-
ILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQUE ERFURTENSIS
PRO-PRÆSIDIO
MAGNIFI ET CONSULTISSIMI
DN. ERNESTI TENZEL, JCTI.
JUDICII ELECTOR. MOGUIN. ET JURIDICÆ FACULTATIS ASSESSORIS GRAVISSI-
MI, NEC NON CIVITATIS ERFURTENS. STNDICI PRIMAR. SPECTATISSIMI.
MAGNI STUDIORUM SUORUM PATRONI,
PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT
AUTORE ET RESPONDENS
CHRISTIAN. FRIDERICUS GRUNERUS,
COB. FRANC.
AD DIEM XXIII. AUGUSTI A. C. MDCCXII.
LOCO ET TEMPORE CONVENTO.
Typis JOH. HENR. GROSCHII, Acad. Typogr.